ANDREÆ MÜLLERI, Greiffenh.

DISQUISITIO GEOGRAPHICA & HISTORICA, *De* CHATAJA,

In Quâ

1. Præcipuè Geographorum nobilis illa Controversia: *Quanam* CHATAJA *sit, & an sit idem ille terrarum tractus, quem* SINAS, *& vulgò* CHINAM *vocant, aut pars ejus aliqua?* latissimè tractatur;

2. Eâdem verò operâ pleraque rerum, quæ unquam de CHATAJA, deque SINIS *memorabilia* fuerunt, atque etiam nunc sunt, compendiosè enarrantur.

BEROLINI, Typis RUNGIANIS.
ANNO M. DC. LXXI.

Ecclesiastæ I. v. 15.

חסרון לא יוכל להמנות׃

Strabo XVII.

Ἐκεῖ δ' ἀπορωτέρα ἡ σκέψις.

Senec. de Beneficiis VI. 1.

Etiam, quod discere supervacuum est, prodest cognoscere.

Re-

Reverendò plurimùm & Celeberrimo Viro,

DN. EDMUNDO CASTELLO,

DOCTORI THEOLOGO,

Sereniſs. & Potentisſimo BRITANNIARUM REGI à Sacris, Arabiſmi in Academiâ Cantabrigienſi PROFESSORI, &c.

Fautori Amico meo ſincerè dilecto & longè HONORATISSIMO,

S. P. D.

ANDREAS MÜLLERUS, Greiffenhagius Pomeranus, Eccleſiarum Berlinenſ. Præpoſitus, ejusdemque Diœceſ. Inſpector.

CELEBERRIME DOMINE CASTELLE,

EX animo gratulor & tibi & reip. literariæ de ſervato ab incendiis abſolutoq; nuper Lexico Polyglotto. Tibi quidem, quot tot laborum, tantarumque im-

penſarum non omninò jacturam feceris; Reip. vero literariæ, quod unâ iſtâ clave ad quamplurimos orientalis literaturæ Theſauros, qui volent, ipſi penetrare queant, neq́; fallacibus ſœpè, adeoq́; ſemper parū tutis, verſionibus opus habeant. O ſi iſtud agnoſcerent illi, quorum intereſt iſta ſtudia fovere, iſta tractare, iſta diſcere! Ego verò quanti Herculeos tuos labores facerem, quanti item ſummam tum doctrinam tum humanitatem tuam, quanti deniq; beneficia, quibus me non minus ac decennalem, niſi fallor, hoſpitem tuum, vivum an defunctum, Dominum

Mag.

Mag. Martinum Murray, conterráneum meum desideratissimum, tibi devinxisti, publicè & in ipso præsentis libelli limine testari volui.

Cumq́; ex iis, quos intimè amo & veneror, exactissimè omnium arbitrari queas, quæ tandem, vel hactenus, sententia pluris facienda sit circà varias de Chatajâ disputationes & conjecturas, tuus imprimis liber hic esto, tuum arbitrium. Mihi certè nihil antiquius est, quàm ut errores (si & ipse aberraverim. Homo enim sum) agnoscam, & quæ certiora sunt, amplectar. Ceterum, ut longævâ vegetâq́; vitâ æquissimus ille

vitæ arbiter una cum nobilissima familia & cognatione tua te beet, tuque prosperiore, uti mereris, fortuna inter homines utaris, magna mearum pars precum est. Ita scripsi Berolini Brandenburgicæ, Postridiè Kalend. Septembrium Anni

CIↃ IↃC LXX.

PRÆFATIUNCULA,

MAPPÆ, QUAM *FRONTISPICIUM LIBRI* EXHIBET, *DECLARATIO.*

ETiam *Geographorum* quamplurimæ ſunt *cruces*. Aſt præcipuæ ſunt, *Meridianorum*, *Nominumq́*, quibus *terræ urbesq́* deſignantur, *diſcrepantiæ.* Utrumq; *VVilhelmus Schickardus*, Vir Clariſſimus, & in hâc palæſtrâ exercitatiſſimis, *Gaſſendo* puta, *Golio*, *Gravio*, aliisq; laudatiſſimus, in Germanico *de mappis Chorographicis* libello, jure merito queritur. Iſtis tamen difficultatib9 ſuccenturianda venit *obſcura* partim & partim *contraria terrarum deſcriptio*, quam *Hiſtoriarum conditores* aliiq; ſcriptores forte prodiderunt. Maximè, ubi in Geographorum tabulis vel præterita vel incerta ſunt loca. Tametſi aliàs quoq; diſceptatum eſt, quæ hodiè terræ, urbesvè ſint, quas Veteres abolitis hodiè vocabulis indigetabant. *TAPROBANA* verbi cauſa, an *Sumatra* eſſet, an *Zeilan*; *SERICA* an *China*, an extrà Chinam; *SINÆ* an *China*, an *Siam.* Sed maximè omnium quæſitum eſt: Quæ *Cathéa* ſit, & quæ *Chataja.* Hîc fermè, quot capita, tot ſententiæ. Adeò, ut quisquis *incertitudinis Geographicæ*, aut *loci non ſatis explorati Exemplum* deſideret, *Chatajam* inſtar omnium habeat. Ideoque famoſiſſimæ Chatajorum urbis, *Cambalu* dictæ, differentiſſimos quosq; ſitus in tabella exprimere volui. Ibi, quot *urbis ſigna*

ha-

habes, tot ſunt ſententiæ. Quem autem *longitudinis* & latitudinis locum quodq; ſignum occupat, eum Autores ipſi tribuunt. Omnibus, ut ab *Æquatore* latitudinum, ita *ab Inſulis Fortunatis* longitudinum deputatis gradibus. *Maria* verò & *flumina* quædam, unâ cum nonnullis *terrarum* nominibus, deſerto item *Xamo* & *Muro Sinico* adumbranda fuerunt, ut diſcrepantia tanto magis conſpicua eſſet. Ceterum, quibuſdam *ſignis urbium Autorum* nomina appingere placuit. *Münſteri* nempe, *Abulfedæ*, *Chryſococcæ*, *Ibnſaidi*, *Naſiroddini*. Ceteris *Civitatum vocabula*, quæ *pro Cambalu* habitæ ſunt. Suntq; *Almalech*, autore Kirchero Chin. Ill. *Chaparangue*, aut. eodem Prodr. Copt. *Karakarum*, aut. iterum Hornio in arcâ Noæ, *Peking*, aut. Trigaut. &c. *Sambalaca*, aut. Horn. in de Origin. Americ. *Sera*, aut. Dominico Mario Nigro. Reliqua textus habet, aut uberior, ſi dabitur, declaratio habebit. Vale.

CHA-

§. 1.

CHATAJA regio est, *Arabum* vicinarumq; gentium, *Historicis* atq; *Geographis* passim celebrata. *Europæis* item Scriptoribus nonnullis, qui vel ipsam Chatajam viderunt, vel vicinas aliquas regiones. Quorum quidem verba paulò inferius plenè ac planè subnectam.

§. 2. Nunc ut ordine, quod ago, agam, *Nomen* hujus terræ ab initio tangam, & mox *Controversiæ*, quem vocant, *statum* formabo.

I. NOMEN.

§. 3. *Nomen* verò valdè variè scriptum invenio. His maximè videlicet modis: 1. * Chata, * Elchata. * Chataja. * Chataj. * Kata. Ita *Arabes*, *Persæ*, *Turcæ*, &c. 2. *Armenis*: * Chata & * Chuta. 3. *Hebræis* חיטאי *Chitæ*. 4. *Nostratibus* Catai, Catayum, Scetajum, Kithai, Cliutaja, Chitæa. 5. *Græcis*: τὰ χαταῖα. 6. *Schildbergero*: Carthay & Karthey, ut & Chartaja *Ortelio in Thes.* Quò procul dubio spectat, quòd apud *S. Antoninum* T. III. tit. 19. c. 8. §. 2. *Cublæ* (v. Indic. Hist. Marci Pauli Venet.) frater vel is ipse *Ercaltbay* & *Elcaltbay* dicitur. 7 Neq; dubitant, quin *Strabonis* Καθαία huc referenda sit. 8. Ketao Kotan quoque *Petri Teixeræ* huc spectat. Scribit is, Gingischanum in *Ketao Kotan* obiisse. Vultque procul dubio, Chatajam & Chotenam dicere. Observavi enim, *Chatajam* & *Chotenam* passim *quasi individuo nexu* à Scriptoribus copulari. Kasim Caschanus in Glossario: * Ar. *Tencu*, Regis Chatajæ & Chotenæ nomen est. Juchasin: והוא בעצמו רצה לרכת לכבוש חיטאי וכוטין Ipse verò (Oktay.) proposuerat sibi exire captum Chatajam & Chotenam. v. G. Gentii Not. ad Rosarium p. 542.

§. 4. *Incolarum* quoq; *nomen* haud paucioribus differentiis obnoxium est. Namque 1. * Chataini *Persis* Ar. dicuntur. *Ulugb.* ut & *Dominico Mario Nigro*. 2. Chateini, *Eidem Dominico*. Chatayni, *Hayth.* lin. 19. 3. Chatæ. *Eid. Dom.* Geogr. VIII. pr. 4. Χαῖται. *Ptolemæo* Geogr. VI. 15. 5. Καθαῖοι. *Arriano* Exped. Alex. V. p. 357. 6. Χαταΐδες. *Laonico* III. 67. 7. Καθαῖοι, *Straboni XV*. 8. Cathaënses, *Josaphato Barb.* vid. Leonclav. Pand. 106. pr.

Homonymia.

§. 5. Alioqui dubium non est, quin & *alia loca* sint aut fuerint, inter quorũ & Chatajæ *nomina* alliteratio quædã intercedat. 1. Chatæorum sanè Arabũ Ptolemæus meminit libr. VI. p. m. 546. 2. Χαῖται, urbs Macedoniæ est, in Paraxiâ. 3. *Claudius* verò *Salmasius in de Hellenisticâ* etiam sic habet: *Hoc ipsum nomen* Σκύθης, *de quo nunc agimus, variè à Græcis enunciatum est, & multas* μεταπτώσεις *incurrit. Nam* Σκύθης, Γέτης & Γοτθὸς

idem est. Sic ille pag. 368. Eum secutus *Hornius* hunc in modum scribit: *Unde nomen illud (Scytharum) fluxerit, incertum. Probabilis magni Salmasii sententia, à Getis: unde proposito Σ more Æolum fecerunt Σκύθας. Getæ, Gotthi, Gitæ, Kitæ, Scythæ unius nominis gens in multos* Ar. *populos divisa. Arabes* vocant, qui sunt Chataei veterum, Ptolemæo Χάται, nobis hodiè Catai vel Kithaini.*
4. Et nescio, an huc referri queant nomina *Amitrochates* ap. *Athenæum XIV.* & *Dromochates* ap. Strabon. *VII.* ut & *Gentilia* hæc: *Auchetæ.* Plin. *IV. 12. f. Euchetæ.* Plin. *VI. 17. pr.*
5. *Hornius* verò, originum Americanarum Scriptor studiosissimus, non *Chatajos* tantùm in *Americam* migrâsse contendit, sed & ipsum *Kitajæ* nomen. Eamque conjecturam operosè tractat *Orig. Americ.* IV. 8. pag 244. 245. His *Originibus* fidem habeat, qui volet. Mihi valdè vanæ videntur. Nec vestigium aliquod Chataini nominis apud *Nubiensem* invenio. Antequam enim Arabicum ejus textum inspicerem, putabam, non *Chatajos* quidem, sed *Scythas aliis gentibus mixtos* indicari, veluti *Indoscythæ, Tauroscythæ, Celtoscythæ* dicuntur. Sed inspecto codice observabam nec hujus quicquam ibi extare. Nomina enim illa, quæ *Hornius* iste, uti suprà relata sunt, expressit apud *Nubiensem Clim. III. Parte 10.* in hunc modum sese habent:* Quorum verborum sensus est: Ar. Esse suprà Sinas ad Septentrionẽ gentes adhuc multas, & ex illis *Tiberenses, Begargerenses, Carchiraos, Kimakaos, Chazelgaos, Chapheritas, Mechamatinos, Turcas, Adhkeschios, Chaphschabios*, aliosq; ultrà fluvium (Oxum, nisi fallor) usque ad mare Orientale. Fateor, quædam horum nominum corrupta esse, ut quamplurima hujus Autoris alia. Sed unde illa sic restituemus, ut iis *Chatajum* nomen passim inseramus?

§. 6. Nota item est libellis mappisque Geographicis provincia aliqua alia, quæ *Karakithay* dicitur. Significat vox NIGRAM CHATAJAM. *Kara* enim Turcicà dialectô *nigrum* significat, & ferè multis nominibus præfigitur, ut sunt: *Karamida, Karachala, Karadenis, Kara Joseph, Karakojonlu, Karakum, Kara Oiluc, Kara-Otman.* Meminit hujus regionis etiam *Martinus Martinius Historia Sinensis pag. 217.* Sed sub nomine CARO CATY. Additque, *Catay nigram terram* significare. Ast videtur non rectè intellexisse illos, qui ipsi dixerant *Kara Kathay nigram Chatajam* dici. Porrò *Atlantis pagina 41. a.* tradit, Cara Catay terram Catayensium sonare. Unde colligo, ipsum putâsse, *Catay nigrum* dici, quod falsum est. Haud rectiùs *Trigautius* in de Itinere *Bened. Gœzii*: In hoc ipso itinere (circà Acsu, Calgaricum

oppi

oppidum) desertum decurritur, cui *Caracathai* nomen est, id terram nigram Catajensium sonat, ideò quod ferunt, Catajenses diutiùs ibi comoratos. *Georg.* verò *Hornius* & ipse aberrat, quòd scribit, regionem *Karakithay vulgò ab Europæis Cathajam appellari. Orbis Polit. IV. p. 72. fin.* Inde enim, quod aliqua Chatajarum (ut sic loquar) *nigra Chataja* dicitur, aliam adhuc esse, validè sequitur. Et ipse *Hornius* ita argumentatur in de *Orig. Americ. IV. 2. p. 226.* Ac solenne est illis regionibus, *terras, factionesq; colorū vocabulis* distinguere. Sic *Russiam albam, nigram, ruffam* dicunt. Sic *Mogolos nigros flavosq;*. Sic in
Ar. Persiā aliquando una factio regum * Kara Kojonlu, *nigri arietis* dicebatur;
Ar. altera * *Ak* Kojonlu, *albi arietis*. vid. Archontol. Cosmicā de Imperio Sophi p. 155. *Laonicus illos* Μαυροπροβατίδας vocat; *hos* Ἀσπροπροβατίδας. v. *Leonclav. Genealog. XVI. XVII.* Sic Mare *nigrum* Turcis dicitur, quod Pontum Euxinum vocamus; *album*, quod Mediterraneum dicimus; *Rubrum*, Arabicus; *Viride*, Persicus sinus; *Flavū*, Caspium mare.

Etymol.

§. 7. Unde *Chataja*, latè sic dicta, nomen habeat, & *quid vocabulum* significet, difficilè est discernere.

Sunt, qui velint, *Desertum Tamricè Cham* dici, *Martin. Histor. Sinens. p. 317*, vel regna *montibus & desertis* referta. *Kirch. Prodr. Capt. 99.* Idq; ex *Marco Paulo Veneto* desumpsisse videri volunt. Quod tamen in libris ejus non invenio. Ex aliorum sententia Chataja à fluvio quodam, cui *Kitta* vel *Kithay* nomen est, nuncupata fuit. Estque lacus ad Septentrionem, Kithay dictus, ut & *Kitaysko*. Inde *Obius* exire dicitur. Suntque ejus accolæ *Nigri* dicti. Hinc *Kara Kathay*. Sed *Albos Chatajos* totamq; regionem illorum de *metropolis* nomine nomen habere volunt. Et propè multi sunt, qui urbis, quam *Catayum*, vel ferè ita vocant, meminerint. De quâ *infrà pluribus* agetur.

Synonymia.

§ 8. Chatajæ verò regio & aliàs * Ari
Tamgagj dicitur. Ita enim *Ibn Said* ap. *Abulfedam* habet. *D. Golius* tamen *Chatæorum Imperatorem* sic appellari scribit, *ad Alferg. pag. 106.* Conjicitque vocem *Temgagj* (Nam & sic legi potest) siquidem origine *Chataicum* sit, & non *Patronymicum*, ex Sinicorum Imperatorum titulo *Tençu*, seu *Tengu* ab *Arabibus* vel *Persis* detortam esse. *Sic ille in Addit. de Catayo p. 10. b.* Strabo verò *Cathæam* suam etiam *Sopithis regionem* vocat. Ita enim Rex terræ Alexandri Magni tempore dicebatur. Ergò Sophitis regnum, cujus *Curtius* meminit *libr. X.* Cathéa est.

II. STATUS CONTROVERSIÆ.

§. 9. Ceterùm, quis ille terræ tractus sit, qui sub *Chatajæ nomine* toto Oriente celebratur, non eadem Eruditorum sententia eſt. Nec id mirum eſſe poteſt. Longinquitas enim regionum in cauſa eſt, quò minus cognitæ ſint regiones illæ. Tum etiam difficultas itinerum. *Boter. cap. 15. pr.* Veluti etiam Strabo de Regionibus, quæ ultrà Hypanim ſunt, ait: Οὐκ ἀκριβοῦται δὲ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν ἐκτοπισμὸν λέγεται πάντ᾽ ἐπὶ τὸ μεῖζον, ἢ τὸ τερατωδέστερον. *XV. 483 p.m.* Vide ſis in eandem ſententiam de *Siná* & *Indiá* differentem *Abulfedam præfat. Geograph. p.m.4.* deq; *Maurebanara limitbus. Clim. 26. p.m.16. m.50. m.54. pr.*

Illud verò tantò magis mirum eſt, quod vicinæ Chatajis gentes nihil certi nobis tradiderint, Principumq; curioſitas fruſtrà fuerit; *Abulfedæ* videlic. qui *Hamathæ Syriacæ* Dynaſtæ erat, & *Ulugbeigus*, qui *Indiæ citrà extràq; Gangem.* Sed & *Acbar Mogolicus* aliquos emiſiſſe ſcribitur, qui *Catajum* inter alia inquirerent, & neſcio quid retulerint. Relationem verò Ruſſicorum Viatorum, quos CZAR ad explorandam Aſiam illam extremam miſerat, infrà producam. Interea non diverſorum tantùm Scriptorum diverſa eſt opinio; ſed & eorundem. Sunt, qui *utramq; Scythiam*, extrà ſc. & intrà Imaum ſitam, Chatajæ nomine comprehendi arbitrentur. *Villanov.* in Ptol. Münſterus *Superiorem Indiam* vocat, veluti Strabo Catheam ſub Indiæ nomine complectitur. Sunt, qui *Tatariam magnam* & Chatajam eôdem loco habeant. Sic quem Turcæ * *Ulucbanum* vocant, (Is eſt is Tartariæ magnæ Tyranus) hunc Moſci Czar Kataisko appellant. *vid. Leonclav. Suppl. Annal. Turc.* ad ann. 1586. *Athanaſ. Kircherus in Prodr. Copt. p. 96.* ad marginem ſic habet: *Gryphes in Catayo, ſeu Jagog & Magog.* Quare Chatajam pro illis Regionibus, quas Arabes Jagog & Magog vocant, habuiſſe videtur. Idem eodē libr. p. 121. *Tataria ſeu Cathaja.* Sed pag 99. *Chatajam minorem*, quam vocat, intrà *Tebeticum regnum* collocat. Verba ejus hæc ſunt: Atque ex his omnibus &c. Ita *Jacobum Dyckium* ſequebatur, qui de *Regno Tebet ex Antonio Andrada* ſcripſerat, quodque *Chataja* eſſet, eô librô aſſeruerat. Porrò p. 93. de Andrada refert: ipſum aſſeruiſſe: *Regnum Tebet unum eſſe de magnæ Chatajæ regnis. Chatajam autem totam illam Aſiæ partem complecti, quam extrà Imaum montem Ptolemæus collocat*, Seriam *antiquitùs dictam, quam ab* Ortu *terminant Oceanus, & China; Gangis fontes, Caucaſi juga, Parapamiſus, & Aria* à meridie; *ab* occidente *tota intrà Imaum coarctata Scythia; à* Boreâ

* As.

denique

denique Oceanus Hyperboreus. Quibus *Kircherus* hæc addit: *Unde patet, totam illam Tartariæ magnæ plagam extrà Imaum sitam, nomine Cathajæ aut regnorum Jagog & Magog intelligi.* Porrò *Georgius Hornius* sub nomine *Memorabiliũ Chamicorum Chinensem, Coreanã & Japonensem Historiã* complectitur. Sed uterq;, *Hornius* nempe & *Kircherus*, aliàs aliter sentiunt, ac tum eos sequuntur, qui contendunt: *Chatajam Arabum aut Veneti ipsissimã Chinam esse.* Primus, nisi fallor, *Trigautius* fuit, qui in hanc sententiam abiret, eamq; defenderet. Id quod facit *libro de Expedit. Sinicâ.* Sic itaque ille *libr. IV. cap. 2. Hinc fit, ut singuli (vicinorum populorum) ferè singulis hoc Regnum nominibus insigniant.* Cocincinenses & Siami Cin, Japones Than, Tartari Han, Saraceni ab occasu Catajum *hodièq; appellant.* Sinæ Boreales, *natura hebetiores aliquanto & minus acuti Australibus, sed militari virtute longè superant. Ita nostrorũ in hanc urbẽ Regiã adventu constare deniq; certo cepit, quod jam diu opinati fuerant, hoc regnum illud ipsum esse, quod* magnum Catajum *apud aliquos Autores appellatur, & hanc urbem* Pechinensem *Regiam esse illius, quem magnum Chan vocant, qui nunc est Rex Sinarum, quæ urbs ab iisdem* Cambalu *nominatur. Id, ne cui incredibile videatur, probare nunc aggredior. Ac primum quidem indicium, quo in ejus rei conjecturam diu incidemmus, ex eo collectum est, quod illi ipsi Auctores, qui de hoc vastissimô Regnô Catajo, aliisq; Sinarum Provinciis scripserunt, asserebant, illud ad hanc mundi plagam* Persicis Regnis ad Orientem adjacere, (*& Persidem quidem latiùs nunc extendo, quam ea, quæ nunc Persidis nomine insignitur, eas enim omnes Regiones complector locorum immanitate vastissimas, quæ in Asia ad Sinenses usq; terminos Persicum sermonem admittunt,*) ad Austrum *verò* à Tartaris *videri. Et quoniam in Sinarum regno* nihil de vastissimo regno audiebamus, *fieri nobis minimè posse videbatur, ut res tanti momenti à vicinis omninò regnis ignoraretur, & è maximo imperio nullam, neq; belli, neq; commercii memoriam per tot sæcula reperiri. De hoc eodem Catajo legebamus, illud à flumine* Chiam ab Ortu in Occasum usque pervadi. Chiam *porrò linguâ Sinica flumen maximum sonat. Alii enim fluvii* Ho *appellantur. Illud porrò flumen suspicamur esse, quod* filium maris *appellavimus. In hodiernam quippe diem* Jansuchian *appellatur. Legebamus præterea* ad Austrum regna novem; *sed* ad Boream regna sex *eo in regno reperiri, quæ planè cum quindecim Sinensis regni Provinciis, non numero solùm, sed ipsa quoq; re, conveni-*

veniunt. Sunt enim hæ Provinciæ *regna etiam vasta* quindecim. *Aliquas enim ex illis universam Italiam, nihil est dubium, magnitudine superare. Ad Austrum quoque ex his* novem *sitæ sunt, sub eo nempe flumine, quod modò nominavi. Ad Boream verò* sex *suprà flumen illud ipsum numerantur. Indicium etiam ex cujusdam auctoritate clariùs accepimus. Anni sunt plus minus quadraginta, hoc scilicet, quo scribimus, millesimo, sexcentesimo octavo, ex quô Pechinum* ex Arabia Turcæ duo, *aut Machometani saltem, pervenerunt, illi terrestri semper itinere ad Sinarum Regem* Leonem *adducebant, auditum aliàs à Sinis animal, sed visum infrequenter. Hi à Rege excepti sunt perhumanè, & Magistratu quodam donati suprà regium stipendium; quod etiam in filios, & universam progeniem propagarent: id factum ad leonem, quamdiu vixit, moderandum, & ne in patriam redirent, res novas in Sinarum regnum molituri. Hoc ipso tempore, cum Nostri Pechinum advenerunt, superstitet erant ambo. Ad eos* P. Matthæus *unum è Fratribus nostris misit, ut aliquid earum rerum ab iis expiscaretur, quin etiam cum secundo Nostri in hanc aulam redierunt. Ipse* P. Matthæus *cum illis est sæpè congressus, è quibus clarissimè constitit, regnum illud, in quo tum vivebant,* magnum Catajum, *& urbem ipsam* Cambalu *appellari, nec ea de re vel tantillùm dubitabant, aut aliud se ex itinere Catajum reperiße vel audiße commemorabant. Idem ex aliis quoque* è Perside advenis *auditum à nostris sæpiùs ac sæpiùs, nec unquã ea de re variatum. Quin etiam ex ipsis Sinis ingesto à nostris sermone, illud quoque nomen ab iis auditum reperimus, ac tametsi ab exteris hominibus Sinarum regnum ita appellatur,* nominis *tamen* origo *partim è Sinensi sermone, partim è Tartarô deducta dubitari vix potest. Sinæ quippe scriptis libris, quoties* Tartaros *nominabant*, Lu *dicunt*, *&* Septentrionis *plagam* Pa, *nec solùm* Pe. *Tartaris verò* Cam, *à nobis* Magnus *redditur: quam vocem ne ipsi quidem Sinæ ignorant: & quoniam eo tempore, quo se Tartari in Sinarum regnum intruserunt, Rex Tartarus sedem Pechini fixit, ideò* Campalu *appellavit. Et quoniam apud varios P consonans in B commutatur, ideò* Cambalu *cæpit appellari. Quanquam* Sinæ, *qui consonante B ferè carent*, etiam nunc Campalu pronunciant. *Inde planè apparet*, Marcum Paulum Venetum *eo tempore in hoc regnum penetraße, quo Tartari Sinis imperitabant, & fortaßè cum illis ipsis eo penetraße.* Ejus deindè commentariis Europæ Sinarum Regnum innotuit eo nomine, quo Tartari

tari utebantur, *Catajum videlicet, & urbem Regiam Cambalu appellantes. Si quis urgeat, fortaßè* latiùs Catai fines à Marco Paulo protendi, *quàm Sinarum hodiè pateant, id ut sit verùm, quia nondum excusſi, nihil obſtat, quin vicinas Tartarorum Regiones communi nomine ad Boream paulò latiùs appellarent.* Hoc tamen tempore nulla extrà muros Sinenſes Regio reperitur, quæ Catajum vocitetur. Hactenus *Trigautius.*

Hunc ſequuntur defenſantq; porrò *Martinus Martinius, Jacob. Golius, Georgius Hornius, Theophilus Spizelius, Joh. Neuhof. Athanaſius Kircherus.* Kircherus verò eandem quoque ſententiam *Riccio, Alvaro Samedo, Michaëli Boymo, Johanni Grubero, Joh. Adamo Schallio*, qui omnes Sinas ipſas viderunt, tribuit. *Chin. Ill. 47. a.* Jamque ab initio *totum* quidem *Sinarum regnum* pro Chataja habitum eſt. Sed poſtmodò ſententiæ intrà *Borealem China partem* ſteterunt. De quô *Kircherum* iterum audiamus. Is *China Illuſtr. p. 62. b.* ita ſcribit: *Unde itaque tanta circà Cataji genuinum ſitum opinionum confuſio nata ſit, paucis explico. Notum eſt tum ex Hiſtoria* Pauli Marci Veneti, Haythonis Armeni, *aliorumq; tum vel ex ipſa* Chronologia Sinarum, *Magnum Cham Tartarorum Imperatorem, quem* Cublai *alii, nonnulli* Ulcam *aut* Uncam *vocant*, anno 1256. *irruptione per muros, factâ*, univerſum Sinarum Imperium (*quod tum* in duo Imperia diviſum, *quorum unum verſus Boream* Catai, *alterum verſus Meridiem* Mangi *vocabatur,) occupaſſe; unde uti jam aliàs pars Borealis China cum cæteris extrà muros Regionibus ſub nomine Cathay paſſim vocabatur, ita quoq; occupato jam Sinarum Imperio, univerſum Regnum per Tartaros & Saracenos circum vicinos introducto, nomine Cathay jacentium regnorum extra muros deleto, ita ut ab illo tempore illud ſolùm, quod intra muros concluſum vaſtum Sinarum Imperium, ab iis, qui ex Indoſtan, Usbec, Camul, aliisq; Mediterraneis Regionibus negotiandi causâ illuc quotannis proficiſcerentur, Cathaium appellatum ſit; & ex Itinere Fratris noſtri Benedicti Goeſii luculenter patet.* Hanc ſententiam paſſim inculcat Lectoribus. vid *Chin. Illuſtr.* p 47 a. 60 a. 61. 62. b. 90. a. 183. a. Sic & MARTINIUS Atl p. 1. a. 4. l. a. &c. GOL. *Not. ad Alferg* p. 106. 165. SPIZEL. *Comm. de re Liter. Sinenſ. p. 6 f.* HORNIUS *Orbis Polit. P. IV. p. 73* NEUHOF. P. I p. 6. a. *Autor Relationū de diverſ.* VOYAGES. P III. & non pauci alii. Sed *Martinius* magno cum contentione hoc ipſum defendit. Sic enim ille in *Hiſtoria Sinenſi p. 317. Catajum Sinicum imperium eſſe luce meridianâ clarius*

clarius in nostro Atlante defendimus. Quid ergò ibi? *Quid Cambalu*, inquit, *Quinsai, Catay ac Mangin sint, infrà luce meridianâ clarius ostendam* Atl. Sinic. p. 3. a. Paginâ itaque XXII. a. ita disserit: In universali hujus extremæ Asiæ descriptione promiseram, acturum me de Catayo, ne amplius Europæi nostri Catayum quærentes, ab eo longissimè aberrent, minimè intellectis iis, quæ ap. M. Paulum Venetum de eo sunt. *Catayum* igitur nihil omninò aliud est, quàm *Sex Provinciæ hujus extremæ Asiæ Boreales*, quæ magno fluvio Kiang à novem Australibus separantur, quas novem Mangin regnum vocat Marc. Paulus, sicut illas Sex Catayum. Nec mirum. Namque ita vocantur etiamnum à *Tartaris* ac *Mauris*, qui singulis tribus annis ad Sinarum Imperatorem tributa ferre consueverunt; cum autem & flùvii K*iang* nomen & *Provinciarum*, tum earum, quæ ad Boream, tum quæ ad Austrum sunt *numerus*, cum illis, quæ in M Pauli Veneti Catayi ac Mangin descriptione sunt, conveniat, planè in hâc extrema Asia Catayum esse nullus dubito, *&c.*

Sed hoc argumentum longè plausibilius tractat *D. Jacobus Golius in Additamento Atlantis Martiniani de Regno Catayo.* Et nescio, cui satisfacere non potuisset Vir tantæ eruditionis, tantique judicii. Sed cum *non contemnendæ difficultates* sese offerant, *universam Chatajæ Historiam* undiquaque conquirere placuit, ut inde certi quidquam tandem statuere liceret. De SINIS enim, quæq; regio illa sit, quæ pro Chataja habetur, res multò clarior est. SINARUM nempe Regnum postremùm in XV. Provincias distinctum est. Harum aliæ *Boreales*; aliæ *Australes*; aliæ *Mediterraneæ*; aliæ *Maritimæ* dicuntur. *Borealium* sex sunt: Honan, Peking, Suchuen, Xansi, Xantung, Xensi *Australes* novem: Chekiang, Fokien, Huquang, Junnan, Kiangsi, Nangking, Quangsi, Quantung, Queicheu, *Maritimæ:* Peking, Xantung, Nangking, Chekiang, Fokien, Quantung. *Mediterraneæ*, reliquæ. *Borealis* Chinæ meminit etiam *Alferganus* Elem. Astron. c. 9. ubi de climate tertio. *Borealis* Rex * *Temgagi*; *Australis* * *Facfur* appellatus fuisse dicitur. Ar. Ar.
Borealis Regia * *Paquin*; Australis * *Nanquin*. Et hoc nomina ipsa significat. *Pa* enim Septentrionem, *Nan* Meridiem, *Quin* Regiam notat. *Borealis* igitur China intra murum illum magnum & Kiangum fluvium continetur. Sin. Sin.

§ 10. Hæc est, de quâ nunc agitur. Quæ verò *Chataja* sit, ex iis, quæ passim de eâ scripta inveniuntur, desumemus. Et ut eorum studiis velificemur, qui non *quosvis Autores* ad manus habent, plerorumque verba subjicienda duxi.

CHATA-

CHATAJÆ
DESCRIPTIO.

Ex iis maximè *Autoribus*, qui ante *Nicol. Trigautium* vixerunt; primum, ut videtur, qui assereret: CHATAJAM *ipsum* Sinarum *Regnum esse*.

Suntque:

1. *Johannes Carpinus*, qui circà annum DOMINI 1246. *Innocentii* Papæ IV. ad Chanum Tataricum Nuncius fuit.

2. *Gvilielmus de Rubruquis*, qui circà annum Domini 1253. à *Ludovico* IX. Rege Galliarum itidem ad Chanum missus fuerat.

3. *Marcus Paulus Venetus*, qui circà annum Domini 1280. Præfectus Chanicus in Sinarum Urbe Yangni fuit, & septendecim annis Cublæ minister haud vulgaris.

4. *Haytho Armenus*, qui circà annum Domini 1305. floruit. *Sic ipse* c. 46.

5. *Ahmed Arabsja*, qui circà annum Domini 1431. Tamerlani militavit.

6. *Schildberger*, Monachiensis Bavarus, qui item Tamerlani militavit.

7. *Albacent*, qui item Tamerlanis Historiam scripsit, quemque *Jean du Bec* ex Arabico Gallicum quodammodo fecit. Atq; hic in Tamerlane laudando occupatus est; Superiores in reprehendendo.

8. *Ibn Said* apud Abulfedam.

9. *Abulfeda*, qui circà annum Domini 1445. floruit.

10. *Ulugbeigus*, Tamerlanis nepos. Obiit anno Domini 1450.

11. *Josaphatus Barbarus*. Floruit anno 1474.

12. *Aloysius Cadamustus*.

13. *Ludovicus Vartomannus*. Floruit anno Domini 1506.

14. *Paulus Jovius*.

15. *Augerius Gislen. Busbequius.* Scripsit anno Domini 1562.
16. *Hieronymus Xavier.* Scripsit anno Domini 1598.

***
**

I. *Johannes Carpinus.*

Catayos ad Orientis extrema Tartaris conterminos ad ipsum pertingere Oceanum Eoum. Circa hosce fines glacie constrictas aquas subinde viam præbere, qua Tartari cum totâ virium inundatione irrumpant. Pretiosis opibus pollere eosdē Cathæos & exquisitæ artis opera conficere, abundare copia oryzæ, & ex eâ parare vinum.

II. *Gvil. de Rubriquis.*

Chatajos penicillo scribere pictorum more, & ita quidem ut in una figura pluras ducere lineas videantur.

III. *Marci Pauli Veneti*

Relationes de Chataja in novissimâ librorum ejus editione passim; nervosè autem in Indice editioni isti à me subnexo relegere licet.

IV. *Haytho Armenus.*

CAP. I.

Regnum Cathay est maximum quod in orbe valeat inveniri, & est repletum gentibus & divitiis infinitis, & in Oceani litore habet situm. Tot etiam sunt ibidem maris insulæ, quod numerus nullatenus potest sciri. Nam nullus penitus invenitur, qui omnes illas Insulas asserat se vidisse. Illæ verò quæ calcari possunt, reperiuntur innumerabilibus abundare divitiis & thesauris. Et illud fere quod in illis partibus carius emitur, & habetur, est oleum olivarum: & reges & magnates illud quasi medicamen præcipuum, cum magna diligentia faciunt custodiri. In ipso etiam regno Cathay plura sunt mirabilia monstrosa quæ dicere prætermitto. Homines illarum partium sunt sagacissimi, & omni calliditate repleti, & ideo in omni arte & scientia vilipendunt omnes alias nationes & dicunt, quod ipsi sunt soli, qui duobus luminibus respiciunt, Latini vero uno lumine tantum videant. Sed omnes

alias

alias nationes asserunt esse cœcas. Et per hoc certissimè demonstratur, quod omnes alios reputant esse rudes, & vere tot res mirabiles & diversæ, ac ineffabilis subtilitatis & laboris manuum ex illis partibus deferuntur, quod non videtur esse aliquis qui in talibus illis se valeat comparare. Omnes illi de illo regno Cathayni vocantur, & juxta nationes suas multi tam viri quam fœminæ pulcherrimæ reperiuntur: tamen omnes communiter parvos oculos habent & naturaliter barba carent. Isti vero Cathayni valde pulchras habent literas quæ latinis literis in pulchritudine quodammodo similes sunt. Secta vero illius regni gentium, vix posset aliquo modo enarrari. Quoniam aliqui sunt qui colunt idola de metallo, alii vero boves adorant, quia terram laborant, ex quâ crescunt frumenta & alia nutritiva: Alii colunt magnas arbores, alii naturalia, alii astronomiam, alii solem colunt, alii vero lunam, alii vero nullam habent fidem vel legem, sed sicut bruta animalia, ducunt bestialiter vitam suam & licet sint perspicacissimi ingenii ad omnia opera corporalia exercendam, nulla tamen inter eos spiritualium notitia invenitur. Homines illius patriæ non sunt audaces, sed sunt mortis timidi plus satis quàm armigeros esse deceat, multum tamen sunt ingeniosi & magis per mare quam per terram de inimicis suis victoriam reportarunt. Multa habent armorum genera, quæ non inveniuntur inter alias nationes: Moneta vero quæ in illis partibus expenditur, fit de papyro in forma quadrata, & est regali signo signata, & secundum illud signum illa moneta est majoris pretii vel minoris, & si forte illa moneta, propter vetustatem incipiat devastari, ille vero qui illam habuerit ad regalem curiam deportabit, tunc pro illa dabitur sibi nova; De auro vero & aliis metallis faciunt vasa & alia ornamenta. De isto regno Cathay dicitur, quod in principio mundi quia est in oriente ab uno capite, & in illa parte nulla est aliarum habitatio gentium ut refertur. Ex parte occidentis suos habet confines cùm regno Tarsæ. Ex parte Septentrionis cum deserto de Belgiam.

Ex parte vero meridiei sunt insulæ maris oceani, de quibus superius esse expressum.

Haytho. c. 2.

Istud regnum Tarsæ *(al. Varsæ)* ex parte orientis suos habet confines cum regno Cathay suprà dicto, ex parte occidentis cum regno Turquestan, ex parte Septentrionis cum quodam deserto, ex parte verò meridiei cum quâdam ditissimâ provinciâ, quæ vocatur Sym, quæ inter Regnum Indiæ & regnum Cathay habet situm. Et in illâ provinciâ inveniuntur lapides adamantis.

Haytho. c. 47.

Magnus itaq; Imperator Tartarorum, qui nunc tenet imperium, vocatur Tamor can, & est sextus Tartarorum Imperator. Sedem imperii sui tenet in regno Cathay, in quâdam maximâ civitate, quæ vocatur Jons, quam ædificari fecit pater suus. *Et paulo post:* In Regno Cathay divitiarum multarum abundantia maxima invenitur.

V. *Ahmed Arabsja Historiæ Tamerlanis p. 108.*

وحد بلاد الدشت من القبله بحر قلزم
الظلوم الغشوم وبحر مصر المنقلب البهم من
بلاد الروم وهذان البحران كادا يلتقيان لولا
ان جبل الجركس بينهما برزخ لا
يبغيان ومن الشرق تخوم ممالك خوارزم
واترار وسغناق الى غير ذلك من البلاد
والافاق لحذا الى تركستان وبلاد الجتا متوغلا
الى

الي حدود الصين من ممالك الموغول
والخطا ومن الشمال اسبر شبير وبرار وقفار
ورمال كالجبال وكم في ذلك من تيه
تحير الطير والوحش فيه وهو لرضي اكابر
الزمان غايه لا تدرك ونهايه لا تسلك
ومن الغرب تخوم بلاد الروس والبلغار وما
للنصاري من الاقطار

Quæ sic verto:

Terminus terræ DIST ad *Austrum* mare Colzum eſt (*hoc eſt, Sinus Arabicus, quem ab Urbe Clyſma, unde vox Colzum nata eſt, propè montem Sinai ſitâ ſic appellant.*) tyrannicum (illud) & iniquum. Mare item *Ægyptium*, quod eò verſatur à terra Græcorum. (*Sic MEDITERRANEUM MARE vocant. Atq; aliàs Romanum ſeu Græcanicum. Ita ille quidem. Sed ex iis quæ ſequuntur, patet ipſum de Ponto Euxino deq; Hyrcano mari loqui voluiſſe. Earum enim aquarum* برزخ *interſtitium Circaſſii montes ſunt; non maris Erythræi & mediterranei.*) Ab Oriente, fines regnorum Choraſmiæ, Atrar, Sagnak, tandemque Turqueſtania, Getarumque regio uſque ad fines Sinarũ ex regnis Mogul & Chata. Ad ſeptentrionem Siberia, Berâr, Kaphâr, & inſtar montium arenæ, & quicquid ibi deſerti eſt, avibus beſtiiſque formidandi. Ad occidentem fines Ruſſiæ, Bulgariæ, & quicquid Chriſtiani terrarum (ibi) habent.

Idem

Idem p. 289:

كاشغر. وهو بين حدي الخطا والهند

Casgar. Estque inter terminos Chatajæ & Indiæ.

VI. *Schildberger Historiæ suæ liter. H. 2. a.*

Wie der Tämerlin mit dem grossen Chan wolt gestritten haben / aber er mocht ihm nichts abbrechen.

IN diser Zeit hett der groß Chan/König zu Karthey/ dem Tämerlin Boten mit vierhundert Pferden zugeschickt / die forderten den Zinß an ihm/ den er wol fünff Jahr versessen / und inngehalten hett / Der Tämerlin fuhrt sein Boten mit ihm / bis er in sein obgemeldte Hauptstadt kam / da schickt er ihn heim zu seinem Herrn / und hieß ihm sagen: Er wolt ihm nicht zinßbar noch unterthan seyn/ er hoffet er müst ihm Zinß geben und unterthenig seyn/ er wölt auch persönlich selbst zu ihm kommen/ und ihn daheim suchen. Darauff schickt er Boten in alle seine Land / daß sie sich bereiten / er wolte gen Carthay ziehen/ und besamlet achtzehen hundert tausent Mann / zog ein gantzen Monat / da kam er in ein Wüst / die war siebentzig Tagreiß lang/ darin zog er zehen Tag/ und ihm gieng in dieser Wüsten groß Volck ab / von Wassers wegen / ihm geschah auch groß Schade an Rossen und anderm Vieh / von Kält wegen / denn es in demselben gar kalt was / und da er an seinen Leuten und an seinem Vieh so grossen Schaden nam / kehrt er wieder umb in sein Hauptstadt / und ward kranck.

VII. *Albacent, ex Versione Johannis de Bec, Abbatis Mortemerensis, quæ Germanicè iterum edita est.*

pag. 36.

Cambalu ist eine sehr grosse / und der Landschafft Cathay Hauptstadt.

Idem

Idem. p. 48.

Hierauff zog unser Kriegsheer in Cathay / welches ein fruchtbahres reiches Land / insonderheit an Gräserey und Weide ist / und einen grossen Uberfluß an vielen unterschiedenen Viehe / und davon nahrsamen Völckern hat / die nicht einmal wusten was Krieg war / der Fürst ließ den Befehl außgehen / man solte diesen Völckern nicht für Feinde halten / sondern als seine fromme Unterthanen / mit denen er wol wolte lassen umbgehen. Alle die Städte / als Cangi, Sochgi, Gonzæ, Tagin, Togara, und Congu die auffrührisch und abfällig gewesen / kamen ümb Verzeihung zu bitten. ꝛc.

VIII. *Ibn Said apud Abulfedam in descriptione Transoxianæ, p. m. 63.*

خان بالق. يذكر من عظم هذه المدينه
ما [a] يستبعده العقل وهي قاعدة مشهورة على
السن [b] التجار واهلها من [c] جنس الخطا
وعندهم معادن الفضه وبلي برن خان بالق
من الجنوب بلهرا ملك ملوك الهند

Variæ Lectiones ex Manuscripto Goliano.

جنس من الخطا [c] السنه [b] يستعلو [a]

Hoc est:

Chanbalec. Memorantur de magnitudine hujus civitatis *nonnulla*, quæ intellectum superant. Est autem (metropolis) ea-

que

que ex mercatorum relationibus celebris. Incolæ Chataini generis sunt. Ibi fodinæ argenti sunt. Terra item Chanbalech vicina est ad Austrum montibus Belhar Regis Regum Indiæ.

Idem ap. eundem, in aliâ editione, post vocem الخطا.

ولهذه العظم [a] جعلت مدينت طمغاج هي [b] بلاد الخطا [c] ويزعمون المسافرون ان السور دابر علي [d] غمايرهم مسيرة ثلثه وعشرين [e] يوم من الغرب الي الشرق

Variæ Lectiones.

[a] جلت inclita evasit. [b] طمغاج وبلاد [c] ويزعم [d] بلادهم

[e] يوما فى الطول وضباعهم وساير

Ac propter amplitudinem hanc constituta est civitas *Tamgagi*. Hoc est regnum Chata. (*Golius:* cujus regio est terra Chatai. *Additq; Chataorum imperatorem Tamgagium dici.*) Existimant autem viatores, quod murus ille, qui habitationes eorum ambit, viginti tribus diætis ab occidente in orientem protendatur.

IX. *Abulfedas loco citato.*

خان بالق هي من اقاصي الشرق عند بلاد الخطا وعرضها له كه وطولها قنو

Chanbalec. Est ex terminis Orientis in regione Chata. Latitudo ejus 30. *gr.* 25. *scrupul.* longitudo [a] 156. *graduum.*

[a] editio Londin. Ex Ibn Said 130. Ex Harair. 124. 46.

X. *Ulug-*

X. *Ulugbeigus, Tamerlanis nepos,*
In de EPOCHIS.

Atq; eo libro toto ferè capite sexto, adeoq; sectionibus decem universam temporis rationem, veluti à Chatajis tradita fuit, pertractat. Illam تاريخ خطا وايغور *EPOCHAM CHATAJAM & IGURÆAM vocat,* Prolegom. fin. & cap. sexti tit. *Magistros verò illius* منجمان خطا وايغور Astronomos Chatajæ & Iguræ proleg. p. 6. & حكما خطا وتركستان Philosophos Chatajæ & Turquestaniæ, cap. VI. Sect. I. pr. *Ceterum Terminos Chronologicos, quos quidem ille refert, infrà* enarrabo & explicabo.

XI. *Josaphatus Barbarus.*

Per illud (*Samarcanda oppidum*) eunt redeuntque mercatores Cini, Macini & Cathaënses, quorum provincias non vidi, sed intellexi Cinos & Macinos grandes provincias occupare & Idololatras esse.

XII. *Aloysius Cadamustus*
Cap. 133. de Pontificibus Ecclesiarum Indicarum.

Itidem agunt omnes Christiani Indi & regni Catay. Eorum Pontifex *Catholica* dicitur, fertque tonsuram instar crucis: præficit Patriarchas suos, ut dictum est, alterum in India, in Catayo alterum - - - Hujus Catholicæ commeminit *Marcus Paulus in tractatu Armenia* & ibi dicit duo esse genera Christianorum, Jacobitarum videlicet & Nestorianorum, quorum papa dicitur: Jacobita, qui est hic Catholica, de quo est sermo.

Cap. 134. de modo consecrandi &c.

Et ubi non habent vinum, quoniam ea regio vitium est impatiens, uvas passas immergunt aqua, & demum succum exprimunt,

munt, eoque vice vini utuntur: Nam eò ex Catajo comportantur uvæ passæ complures.

Cap. 139. de urbe Calechut.

Frequentior etiam inibi negotiatorum numerus erat, qvum incolæ Catay illò proficiscebantur. Hi igitur Catay populi colunt Christum, & Coloris sunt albicantis ut nos. Viri sunt perquam strenui, qui olim in urbe Calechut eximiè negotiabantur. Verum cum rex Calechut malè eos accepisset, solvêre illic & paulò post revertentes stragem non mediocrē incolis urbis Calechut intulerunt, & deinceps non sunt regressi, *&c.*

& paulo pôst.

In urbe Calechut magna fiunt commercia, & statis anni temporibus fiunt nundinæ non incelebres, eò undiquaque populi catervatim confluunt, ex Catajo imprimis.

Cap. 142.

Ultrà eam (Samotram) & Catajum, feracissima, ut dictum est Insula, cū aliis compluribus, quarum haudquaquam meminisse est animus: quandoquidem ab dicto Joseph Indo plura non accepimus, neque nos eas remotiores orbis partes adivimus.

XIII. *Ludov. Vartomannus,*

Libro II. Capite XV.

Illic itaq; (*Bangellæ videlicet, urbe* India) offendimus Christiani nominis complusculos negotiatores ex Urbe SARNAU, ut refebant, oriundos. Hi illò veluti ad nundinas ferunt *sericos pannos*, odorataque ligna *aloës*, videlicet & *laseris:* Ea est arbor quæ electissimum gummi illud gignit, *laserpitium* appellant doctiores, vulgò autem *belzoi* dicitur, attulerant etiam *Castoreum* & id genus fragrantiores odores. Memorabant dicti Christiani esse in eô regnô hujus sancti nominis complures Principes magni Chami *urbis Catay* imperata subeuntes. Christianis hujusmodi ex *undonibus* vestes erant, non ejusmodi qui singulos artus exprimant, sed

laxas

laxas innumerasque plicas habentes, manicas verò gossipio referserant. Caput tegebat apex ex panno Coloris Veneti, altitudine fermè gemini palmi. His est colos albicans, trinumque Deum esse adjuratissimè fatentur: quum initiantur more nostro latice asperguntur, duodenisque Apostolis, ac quaternis Evangelistis fidem adhibendam esse planissimè adstruunt, scribunt ordine præpostero Armeniorum more, celebrantque servatoris nostri ortum & occasum. Quadragenis Christianô more abstinent diebus, nonnullasque alias sanctorum colunt celebritates, soleis non utuntur. Caligas verò ex serico fluxas admodum ferunt, easdemque omni monilium genere exornatas nitent in digitis eorũ incomparabili splendore lapilli, quum discumbunt abaco non utuntur, sed humi percubentes omnifariã carnibus vescuntur. adjiciebant ad hæc illi se compertũ habere, esse complures reges Christiani nominis maximas magni Regis Turcharũ finitimos, *Rumi* appellant. Hi ubi cóspicati sunt Comitis mei mercimonia *&c*

Cap. XIX.

Tanta est hujus (*Sumatrani piperis longi*) ubertas, ut inde anno singulo vicenæ naves onustæ evehantur: hæ Catajum proficiscuntur, illuc exponitur haud difficulter ab frigidius cœlum.

Cap: XXX.

Illud etiam noveritis, triplex esse *aloës* genus. Aliud est longè perfectius, huic *calampat* nomen est. Hoc insula memorata (*Sumatra*) non mittit, verum ex urbe *Sarnau* advehitur: ea, ut memorabant Chrâni negotiatores Comites nostri, haud procul ab dicta urbe, ubi aloë nascitur, nomine calampat, abest. Est & aliud genus aloës, *Lubam* nomine, hoc flumine nescio quo huc comportatur. Novissimo autem *Bocbor* nomen est. Referebant dicti Christiani negotiatores causam, quur ad nos aloë primo loco dictum non deferretur, quòd videlicet id genus aloë mitterent regna *Catay*, nec non *Cini*, *Macyni*, *Sarnauq;* & *Grauay* longè

gè ditiora, quippe quæ auro uberrimè ſcatent, multoque majorem quam nos auri copiam habent. Suntq; item majorum principes virium, noſtris regibus nimirum locupletiores. Ad id accedit quod ſuffimentis odoramentorumque genere plurimum delectantur. Inque ea re reges ſuperant noſtros. Ob id ad nos hæc odoramenta minus abundè comportantur, utpote quod in urbe Sarnau ſingula libra aloës denis aureis venit, id efficit ejus rei ſumma caritas.

XIV. *Paulus Jovius de legatione Moſchovitarum, p. 487. b. f.*

Tartari ad Cathajum uſque celeberrimum in extremo ad orientem Oceano civitatem, latisſimas ſolitudines tenent.

Id. p. 489. f.

Satis tamen conſtat, Dividnam innumerabiles trahentem amnes ingenti cursn ad Aquilonem deferri, mareque ibi eſſe longè vaſtisſimum, ita ut illinc ad Cathajum legendo oram dextri litoris, niſi terra interſit, manibus perveniri poſſe certiſſima conjectura credendum ſit. Pertinent n. Cathayni ad extremam orientis plagam ad Thraciæ fermè parallelum, Luſitanis in Indiâ cogniti; quum proximè ad coëmenda aromata, per Regionem Sinarum Melacham uſque ad auream Cherſoneſum navigarint, veſteſque ex Zebellinis pellibus attulerint. Quo ſi vel unô argumento non longè ab Scythicis litoribus Cathajum urbem abeſſe putamus.

XV. *Auger. Gislenius Busbequ. Epiſt. Turc. IV. p. 326. ſeqq.*

Audi nunc quæ ex quodā erroneTurca de urbe & regione Cathaja (*didici*) Erat is è Sectæ genere, cui pietas eſſe per longinquas regiones vagari, & in altisſimis montibus in locis deſertis & vaſtis Deum venerari, percurrerat pœnè totum orientem, ubi ſibi cognitos Luſitanos commemorabat: incenſus deinde cupiditate viſendæ urbis & regni Cathaini, adjunxit ſe proficiſcentibus eo merca-

cato-

catoribus. Nam ſolent illi magno numero convenire, atque ita catervatim regni illius fines petere. Paucis iter illud pervium eſt, aut certe parum tutum. Infidæ multæ peregrinantibus gentes ſunt in medio, quarum aggreſſuræ ſingulis momentis timendæ ſunt. Ubi eſt à Perſarum finibus aliquanto longius diſceſſum occurrunt civitates Sammercanda, Borchara, Taſchan, cæteraq; loca à Demerlanis Succeſſoribus habitata. Hinc magnæ ſolitudines aut regiones ſeqvuntur, modo feris & inhoſpitalibus, modo à manſuetioribus populis cultæ: ſed paſſim victus & annonæ penuria infeſta eſt. Idcirco unumquemque proviſa ſibi habere cibaria & quæ vitæ uſus requirat. Quibus rebus magno numero cameli onerantur. Talem numeroſæ multitudinis comitatem Caravvanam vocant. Poſtquam multorum menſium labore ad anguſtias ac veluti clauſtra regni Cathaini perventum eſt (nam bona pars ditionis regis Cathay mediterranea eſt aſperis montibus præruptiſque ſaxis circumdata, nec poteſt intrari niſi per certas fauces, quæ regis illius præſidiis tenentur) ibi mercatores interrogantur. Quid ferant, unde veniant & quot ſint numero? quæ regii præſidiarii cognita interdiu fumo, noctu per ignes proximæ ſpeculæ tradunt, illa viciſſim ſequenti, ac ſic deinceps, donec aliquot horarum quod plurium dierum ſpatio fieri non poſſet, nuncius Cathajum ad regẽ de mercatorum adventu transferatur. Qui quidem pari celeritate eandemque ratione quid ſibi placeat reſpondet, admitti omnes, an partim excludi aut differri velit. Admiſſi per diſpoſitas juſtis ſpatiis manſiones ſub certis ducibus incedunt: ubi quæ ſunt ad victum & cultum neceſſaria juſto precio ſubminiſtrantur, donec ipſum Cathajum attingant, hic inprimis quid ſinguli portent profitentur, dein regem honoris cauſa quo viſum eſſe munere impertiunt. Cui nihilominus fas eſſe æqua æſtimatione facta, merces quas velit emere. Reliquas pro arbitrio vendunt aut permutant aut die ad reditum præſtituta, intra quam negotii gerendi contrahendique poteſtas fit. Nam Cathainis pe-

regrinorum hominum diuturnius contubernium non placet, ne quid labis peregrinitatis contagione patrii mores contrahant. Sic illi per eadem hoſpitia quemadmodum venerant comiter dimittuntur. Gentem illam magnæ eſſe ſolertiæ idem peregrinator memorabat humaniterque & politicè vivere, religionem habere propriam à Chriſtiana, à Judaica, à Mahumetana diſcretam, Judaicæ tamen exceptis ceremoniis propiorem. Jam à multis retro ſeculis artem typographicam fuiſſe apud eos in uſu. Quid ſatis teſtarentur ibidem typis excuſi libelli. Quam ad rem uterentur charta ex involucris exuviiſque bombycum confecta, adeo tenui, ut in altera tantum parte typorum impreſſionem ſuſtineat, pars altera vacua relinqueretur. Frequentes in ea urbe eſſe tabernas odori illius aromatis, quod *Muſcum* vocant, eam eſſe ſaniem beſtiolæ cujusdam hædi magnitudine. nulli merci majus apud eos pretium, quam leoni: hanc feram regionibus illis inuſitatam ſummæ eſſe admirationis. neque quicquam plures rependi. Atque hæc de regno Cathaino ex illius erronis ore, quorum penes auctorem fides ſit. Nam ſane fieri poterit, ut cum ego de Cathajo quærerem mihi de alia aliqua vicina regione retulerit, & juxta proverbium, cum falcem poſtularem, mihi de ligone reſponderit. Quæ cum ex eo excepiſſem, viſum eſſe percunctari numquid alicunde retuliſſet vel radicis vel fructus vel lapilli rarioris? Nihil admodum, inquit, niſi quod radiculam hanc in uſum meum circumfero, cujus minima particula manſa & devorata cum me langvor aut frigus occupavit, excitor & incaleſco. & cum dicto prægustatam mihi donat, ſubinde admonens ea parcisſime utendum. Guſtavit eam meus medicus Gulielmus (*Quacquelbenius*) tum etiam vivus, qui ex fervore quo illius os inflammatum eſt, *verum napellum* eſſe judicavit.

XVI. *Hieronymus Xavier Societ. Jeſu.*

Regio hæc (Caſcimirana) perfrigida eſt, eamque algidam magis reddunt altiſſimi, quibus cingitur, montes. Sed cum Regno Tebat

Tebat (quod ili ab Oriente adjacet versus Scetajum vel Catajum, ubi est ille insolens & nominatissimus trecentorum millium murus, qui Tartariam à Sinâ dividit & separat, collata temperatior, ita ut à gelidis montibus regni Tebat mente Majo gregatim & per acies infinita propè anserum sylvestrium agmina advolent.

Idem ad ejusdem epistolæ finem.

Aperitur magna porta ad infinitas Deo animas acquirendas, in remotissima totius Orientis parte, vastissimo videlicet, & amplissimo Catajæ regno, quod est in Tartariâ. Sanctus Antoninus in historiâ suâ meminit quorundam religiosorum, quos summus Pontifex Romanus, tanquam Oratores & Legatos in id Regnum misit. Theatrum etiam mundi ejusdem regni mentionem facit. ad cujus Regiam urbem Lahor (*lego: Labore*) anno medio perveniri potest. Rex & subditi propè omnes sunt Christiani. Sunt & ibi Mauri ac Judæi illis immixti sed pauci *&c.* Quæ omnia Principi recensuit Maurus aliquis, qui tredecim annis habitavit in eâ ditione & Mechâ revertebantur, ubi falsi & impii Mahometæ monumento ducenta millia rupias (*lego: Rupiarũ*) hoc est centum aureorum millia in donum & eleemosynam reliquerat. Scripsi ad ea loca Lusitanicè & Persicè tribus diversis viis, ut de veritate fiam certior, magnoque animo responsionem expecto.

His addo

XVII. *Strabonem qui circà annum Christi 20. floruit.*

Is Geographiæ libro XV. p. m. 481. sic habet.

Καὶ τὴν Καθέαν δέ τινες τὴν Σωπείθους τῶν νομαρχῶν τινὸς κατὰ τήνδε τὴν μεσοποταμίαν τιθέασιν· ἄλλοι δὲ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου πέραν, καὶ τοῦ Ταρώτιδος, ὅμορον τῇ τοῦ Πώρου, ὃς ἦν αἰεψιὸς τοῦ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἁλόντος· καλοῦσι δὲ Γανδαρίδα τὴν ὑπὸ τούτῳ χώραν· Ἐν δὲ τῇ Καθέᾳ καινότατον ἱσορεῖται τὸ περὶ τοῦ κάλλους, ὅτι τιμᾶται διαφερόντως, ὡς ἵππων καὶ κυνῶν· βασιλέα τε γὰρ τὸν κάλλισον αἱρεῖσθαι φησὶν Ὀνησίκριτος· γενόμενόν τε παιδίον μετὰ δίμηνον, κρίνεσθαι δημοσίᾳ πότερον, ἔχει τὴν ἔν-

νομον

νομον μορφὴν, (*al.* ἀρχὴν) καὶ τοῦ ζῆν ἀξίαν, ἢ οὔ· κριθέντα δ' ὑπὸ τοῦ ἀποδειχθέντος ἄρχοντος, ζῆν ἢ θανατοῦσθαι· βάπτεσθαί τε πολλοῖς εὐανθεστάτοις χρώμασι τοὺς πώγωνας αὐτοῦ, τοῦτο χάριν καλλωπιζομένους· τοῦτο δὲ καὶ ἄλλως ποιεῖν ἐπιμελῶς πολλοὺς τῶν Ἰνδῶν· καὶ γὰρ δὴ φέρειν τὴν χώραν χρόας θαυμαστὰς, καὶ θριξὶ καὶ ἐσθῆσι· τοὺς δ' ἀνθρώπους τὰ ἄλλα μὲν εὐτελεῖς εἶναι, φιλοκόσμους (*al.* φιλοκόμους) δέ· ἴδιον δὲ τῶν Καθέων, καὶ τοῦτο ἱστορεῖται, τὸ αἱρεῖσθαι νυμφίον καὶ νύμφην ἀλλήλους· καὶ τὸ συγκατακαίεσθαι τεθνεῶσι τοῖς ἀνδράσι τὰς γυναῖκας κατὰ τοιαύτην αἰτίαν· ὅτι ἐρῶσαί ποτε τῶν νέων ἀφίσαντο τῶν ἀνδρῶν, ἢ φαρμακεύοιεν αὐτούς· νόμον οὖν θέσθαι τοῦτον, ὡς παυσομένης τῆς φαρμακείας· οὐ πιθανῶς μὲν οὖν ὁ νόμος οὐδ' ἡ αἰτία λέγεται· Φασὶ δ' ἐν τῇ Σωπείθους χώρᾳ ὀρυκτῶν ἁλῶν ὄρος εἶναι, ἀρκεῖν δυνάμενον ὅλῃ τῇ Ἰνδικῇ καὶ χρυσεῖα δὲ καὶ ἀργυρεῖα οὐ πολὺ ἄπωθεν ἐν ἄλλοις ὄρεσιν ἱστορεῖται καλὰ, ὡς ἐδήλωσε Γόργος ὁ μεταλλευτής· Οἱ δὲ Ἰνδοὶ μεταλλείας καὶ χωνείας ἀπείρως ἔχοντες, οὐδ' ὧν εὐποροῦσιν ἴσασιν, ἀλλ' ἁπλούστερον μεταχειρίζονται τὸ πρᾶγμα· Ἐν δὲ τῇ Σωπείθους κλ'·

Hoc est, ex versione Gvilielmi Xylandri.

Sunt qui Catheam, Sopithis regionem, qui unus fuit è nomarchis (hoc est provinciarum certarum regulis) inter hos amnes locaverint. Quidam trans Acesinem, & Hyarotidem, finitimam terræ Pori, consobrini alterius Pori, qui ab Alexandro captus fuit. Regionem vero quæ sub hoc est, Gandaridem vocant. Mirum maximè est, quod de honore pulchritudini tanto habito in Cathea narrant, ut equorum & canum. Onesicritus autor est, apud eos regem pulcerrimum eligi. Puerum verò post duos à partu menses publicè judicari, utrum *legitimam* formam habeat, & vita dignam nécne, cumque ab eô judicatus fuerit qui rei præest, vel vivere vel interimi: Tingi etiam barbas ibi multis variisque coloribus ornatus gratia. Multos verò ex Indis id (*idem*) impense facere: regionem enim colores admirabiles & capillis & vestibus tingendis ferre, & hos homines cetera frugales, ornatui

ornatui nimiam operam dare. Catheorum id quoque peculiare fertur, quòd ut ſponſus & ſponſa ſe mutuò eligant. Item ut uxores cum viris defunctis comburantur, ob hanc cauſam, quòd cum aliquando adoleſcentulos adamarent, à viris ſecedebant, vel eos veneno tollebant. Ut ergò veneficia deſinerent, hanc legem latam eſſe: quæ profectò lex & cauſa mihi non ſatis probabilis videtur. Dicunt in terrâ Sopithis, in monte quôdam ſales effodi, qui toti Indiæ ſufficere poſſint. Item auri & argenti metalla non longè in aliis montibus dicuntur egregia, ut Gorgus indicavit metallarius: Indi & metallorum & conflandi imperiti, quibus abundent, neſciunt, idcircò rem ſimpliciùs tractant. In eâdem terrâ canes mirè bonos narrant, atq; Alexandrum C.& L. canes à Sophite accepiſſe. Tum ut periculum faceret, duos Leoni immiſiſſe: qui cum impares certamini eſſent, alios duos ſolviſſe: ibi æquato jam certamine, Sophites juſſit, ut unus ex canibus crure apprehenſus abſtraheretur à morſu · & niſi obtemperaret, crus amputaretur: Quod Alexander primò non conceſſit, cani videlicet parcens. Sed cum Sophites diceret, ſe quatuor pro unô daturum, permiſit. Canis verò potius ſibi crus incidi lenta ſectione paſſus eſt, quàm morſum dimitteret.

XVIII. *Laonicus Chalcocondylas,*

De Rebus Turcicis III. p. 67.

Τεμύρης δ' ὡς τὴν χώραν ταύτην ληισάμενος καὶ πόλεις ἑλὼν ἐνίας κατεσκευάζετο ἐπὶ Σεμαρχαΐδης. Σκύθας δὲ ὡρμημένους ἐπυνθάνετο ἀπὸ Ταναΐδος, τήν τε χώραν αὐτοῦ ἐπιδραμεῖν καὶ ληΐσασθαι οὐκ ὀλίγα· Χαλεπῶς δὲ ἔφερεν. ἐντεῦθεν δὲ αὐτίκα ἵετο ὁμόσε ἐπὶ τοὺς Χαταΐδας. λέγονται δὲ οὗτοι εἶναι Μασσαγέται τὸ παλαιὸν, νῦν Ζαγαβαίτας τὸν ἀρέξην κλ'. *Addit* Tamerlanem hiſce adeò populis bellum moviſſe, eoſque prœliô viciſſe; Agoram verò, hoc eſt, Hordam, regnumq; deditione cepiſſe. Sic datis Obſidibus tributum annuum polliciros eſſe Chataides. *Sequitur:* τὰ δὲ Χαταΐα πόλις ἐστὶ πρὸς ἕω τῆς Ὑρκανίας μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, πλήθει τε ἀνθρώπων καὶ ὄλβῳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ προφέρουσα

τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων πλὴν Ζεμαρχαίδης καὶ Μέμφιος. Ἐνουμένη δὲ τὸ παλαιὸν ὑπὸ Μασαγετῶν.

XIX. *Arrianus Exped. Alex. libr. V. p. 357.*

Ἐν τούτῳ δὲ ἐξαγγέλλεται Ἀλεξάνδρῳ· τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἄλλους τέ τινας, καὶ τοὺς καλουμένους Καθαίους αὐτούς τε παρασκευάζεσθαι ὡς πρὸς μάχην, εἰ προσάγῃ τῇ χώρᾳ αὐτῶν Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσα ὅμορα σφίσιν ὡσαύτως αὐτόνομα, καὶ ταῦτα παρακαλεῖν εἰς τὸ ἔργον· εἶναι δὲ τήν τε πόλιν ὀχυρὰν πρὸς ἣν ἐπενόουν ἀγωνίσασθαι· Σάγγαλα ἦν τῇ πόλει ὄνομα. Καὶ αὐτοὶ οἱ Καθαῖοι εὐτολμώτατοι; τότε καὶ τὰ πολέμια κράτιστοι ἐνομίζοντο· *Sequitur de Alexandro.* σπουδῇ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς Καθαίους, καὶ δευτεραῖος μὲν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ὑδραώτου πρὸς πόλιν ἧκεν, ᾗ ὄνομα Πίμπραμα. Hæc Adraiſtarum gentis Indicæ erat. Qui ſe dedidbant. Tertio die pòſt ad Urbem Sangala tendebat, ubi Cathæi & vicini eorum convenerant. pag. 358. Sangala urbs amplior erat, quàm ut exercitu cingi poſſet. p. 361. Eratque λίμνη ſtagnum haud procul à muris ejus. *Ib.* expugnata ab Alexandro. 363. f. & ſolo æquata. 364. m. Totaque regio Indis dedititiis data. *ib.* Pòſt Alexander ad Sopithis regiam contendit. VI. p 380. inque viâ *Brachmanum* urbem quandam, quò *Malli* confugerant, expugnat. p. 391.

XX. *Chryſococcas, in Catalog. Illuſtr. Civ.*

Καταΐα. μῆκος: ϱμη. λ. πλάτος: κα. μ.

XXI. *Ex Ruſſorum ad explorandum extremæ Aſiæ tractum miſſorum Relatione.*

Kitta eſt fluvius Tartariæ, ad quem regnat Rex Altinus. Ibi multæ ſunt Uluſſes ſive Hordæ Tartarorum. Poſt longum iter pervenitur amplisſimam regionem Mugalla, quæ ſe à Bugar Bactriæ extendit usque ad Oceanum. Inter Bugar & Mugalla ad auſtrum ſunt tres Regiones, Ortus, Talgut, Shar. Mugalli diſtingvuntur in nigros & flavos, quos ampisſimus murus diſterminat. Extra eum ſunt nigri Mugalli, intra in regione Catajæ albi.

XXII. *Rubruquis* iterum.

Quo tempore Galli Antiochiam ceperunt,(*Factum hoc Anno Domini* CIↃ XCVIII.) quidam, nomine Con Can, dominabatur in Kara Kithai & contiguis ad Septentrionē Regionibus, unde egressi sunt Turcæ. In eàdē Kara Kithai quidam Nestorianus opilio, potens Princeps populi Yayman fuit, & post obitū Con Can regnum Catajæ invasit, ac à Nestorianis Johannes dictus est, qui multa de ejus magnitudine confinxerunt & mentiti sunt, unde tot in Europam fabulæ de illo Presbytero Johanne dimanarunt. Ei frater fuit & ipse potens opilio, nomine Vnt, qui habitavit trans montes Cara Kithai, itinere trium septimanarū à fratre suô Johanne remotus. Subjecti ejus vocabantur Crit, sive Merkit, & etiam erant Nestoriani. Oppidum ejus erat Caracarum; sed ipse defecit à Christo ad idola & fratri suo Johanni, sine mascula prole defuncto, succesit, ac nomen Chan assumsit. Quindecim dierum itinere ab ejus pascuis habitabant gens inops & misera Moali, his vicini erant Tartari. Cumq; Vnt Can usque ad Moalos cum suis gregibus pervenisset, quidam faber ferrarius inter Moalos, nomine Cyngis, tot pecora clam abegit, quot potuit. Pastores conqueruntur apud Vnt Canum, is cum exercitu ad Moalos inquisiturus illum abigeum contendit: Sed ipse ad Tataros confugit, & inter eos latuit. Vnt Can depredatus Moalos & Tataros, ad sua reversus est. Tum Cyngis ad Moalos & Tataros dixit: Quia non habemus Principem, ideò à vicinis opprimimur. Creatus à Tataris & Moalis Dux, exercitu comparato Vnt Canum subitò oppresit, & in Catajam fugavit. Sic cum Tataris suis progressus, nomen eorum longè latèque propagavit. Nam quia Tatari ubique præmissi, populus iis visis, exclamavit, Tatari veniunt. Sed continuis bellis Tatari ferè omnes absumti, & Moali omnibus modis nomen eorum abolere, ac suum exaltare student. Regio, in quà primò habitarunt, & ubi regia Cyngis Can hodièque superest, vocatur Mancherule: Sed quia ex Tataria expeditiones suas susceperunt, ideò eam habent pro regia civitate, ac ibi plerumque eligitur Magnus Can.

HISTORIÆ CHATAICÆ SINICÆQ; COLLATIO.

Not. *Numeri allegativi, quibus nec Autor, nec liber præmissus est, superiorum Testimoniorum classes & lineas denotant.*

§. 11. EX horum itaq; Autorum Testimoniis *Historia Chataica summâ* condamus. Ita quidem, ut *Memorabilia Chataica* in *Duas Classes* dispescamus, inq; *unam* illa congeramus, quæ *suadere* videntur *Chatajam ipsam Chinam* esse; In *alteram* verò, quæ *sic sentire non permittunt*. Et jam utrinque, *quicquid de Chatajâ proditum est*, in *ordinem Alphabeticum* redigamus, ac sigillatim CHATAICÆ SINICÆQ; HISTORIÆ *Collationem* instituamus. Ubi in prima argumentorum classe ea primùm illustrabo, quæ à *Terrâ* sumi poterant, & sumuntur; pòst, quæ ab *Incolis*, eorumque conditionibus; deinde quæ *Donis* terræ *prærogativis*, quæque à *Defectibus*, & quæ à *Testimoniis* vicinarum gentium.

Classis prima Argumentorum quasi affirmativorum.

1. à Terrâ.

§. 12. ADITUS. *Adiri itaq; Chataja nonnisi per certas fauces potest.* XV. 22. Sic & *China*. Hæc enim undiquaque ab ipsâ *naturâ* partim, partim & *arte* egregiis munimentis circumvallata est, claustrisque nobilitata, ut quasi *orbis in orbe* sit. *Boreale* munimentum *Desertum* est, & *murus* ille famosus; *Orientale* & *Meridionale* mare, cujus litora vel valdè exiguæ profunditatis sunt, vel & delitescentes scopulos fovent. *Occidua* claustris *Damasiis* continentur montibus, quos & *Amasæos* vocant, & *Imaos*. Hi Chinam à reliquâ Asia dividunt. Deq; his *Busbequius*.

§. 13. ADMIRANDA. *Cathaja porrò multa fovet admiranda.* IV. 10. China quamplurima. *v. Autor Admirand. Natura in Sinâ & Europâ, & Athan. Kircher. Chin. Illustr. P. IV. cap. 4. & sequentibus.*

§. 14. AGRI. *Agri verò Chataice optimi sunt.* Ven. II. 28. *& fertilissimi.* Id. I. 62. *adeoq; & pascuosi.* VII. 4. Eoq; nomine China non minus commendatur. Ubi scilicet extrà urbes reliquasque habitationes vix palmum aut pedem terræ invenias, quæ vel sterilis vel inculta sit. Adeò agricultura inter Sinas floret. Qui, quomodo aquam in siccas terras derivent; ab udis verò r. moliantur, apud *Martin. in Atl. p. 5. & ap. Neuhof. P. II. p. 133. 290.* legi potest. *De Agricolarum Festo v. Ind. Paulin. sub tit. Festorum.*

§. 15.

§. 15. AMPLITUDO. Jam & ex *Arabsiâ* discimus: *Chatajam aliquot regna comprehendisse.* Quippe quæ
Ar. **Regna Chataja* vocat. *Haytho* verò tradit, *regnum Cathay maximum esse, quod in orbe inveniri queat.* Hoc adeò Sinis convenit, ut non *Borealem* tantùm, sed *Australem* quoque imperii Sinici regionem innuere videatur. De solâ enim Boreali dici illud nequit. Si verò *utramque*, adeoque *universam Chinam* (neglectis etiam provinciis exteris, quæ aliquando Sinis subjectæ fuerunt) contempleris, reverà amplitudine superat quævis alia regna, quæ quidem ab uno Imperatore ad unum integra pervenerunt. (neq; enim jam loquor de Alexandrino, Gingischanico, Tamerlanico imperio) Refert *Abulfeda*, famam fuisse, quòd Chinæ latitudo longitudinem superet, quodque initia climatum orientalium complectens, septem climatum fines pertranseat. Et hoc quidem eò spectat, quò idem ille *Abulfeda* respicit in *præf. tabb. Geogr.* scribens: *Quamvis Sinarum regio magna & civitatibus refertissima est, ad nos tamen levis ipsius notitia pervenit, eaq; mendaciis admixta.* Latitudo tamen Sinarum à decimo octavo gradu ultrà quadragesimum extenditur. Perque tria climata, uti *Alferganus* habet.

ARCUS TRIUMPHALES. v. PONTES.

§. 16. CANALES. *Canaliũ Chataicorum* Venetus bis meminit, II. 51. & 60. Jamque *tota ferè China navigabilis* est. Stupendis enim artibus in fluvios flumina derivârunt incolæ, ut quaqua versum aquâ vehantur. Celeberrimus Canalium JUN dicitur. Derivatur è *Croceo* in *Gvei* fluvium. Sexaginta amplius cataractis insignis.

§. 17. CIVITATES. Inter Civitates Chatajæ referuntur *Anzar*, *Cacausa*, *Cambalu*, *Casgar*, *Catayum*, *Cianfu*, *Cianglu*, *Ions*, *Isbara*, *Sara*, *Sarnau.* De singulis, quæ fuerint, monumenta excutiamus.

ANZAR. Eam *Teixera* Catayo tribuit. Meminit ejus & *Arabsj.* p. 21. 313. 349. Proq; **Atrar* p. 108. omninò Ar.
**Anzar* legendum esse, ex adductis Ar.
locis facilè liquet. Sed hæc urbs in *Mogolum confinibus* est; Nulla ejus *nominis* in Chinâ, & ne vestigium nominis.

CACAUSU. Hanc *Venetus* inter Chataicas urbes refert, traditque, eam *Serico* & *Chrysendetis* abundare. II. 50. *v. Ind. Paul. Histor.*

CAMBALU. Hæc est, quæ ab *Arabibus Chanbalec* dicitur. *v. Ind. Glossar.* Est autem *Chataja Civitas*, Ven II. 10. 16. *Abulf.* imò *Metropolis.* VII. 1. VIII. 2. Est & *valdè magna*. VII. 1. & *incredibiliũ vastitatis.* VIII. 2. Sita est ad magnum aliquod flumen. *Ven.* II. 10. extra *Indiam*, *Mangi*, *Idem* II. 11, & Chata-

jam *MS. loco citatô.* In extremo Oriente. IX. 1. procul ab Oceano. *Ven.* II. 19. haud procul à montibus. *Belbar.* VIII. 5. in Turqueſtaniâ. *Naſſirodd.* & *Ulugb.* ſub climate *ſexto. Naſſ.* vel *quarto. Abulfeda.*

Sub longitudine	124.	0.	*Naſſ. & Ulugb.*
	124.	46.	*Hamîr.*
	130.	0.	*Ibn Said.*
	156.		*Abulfed.*
Sub latitudine	30.	25.	*Abulfed.*
	46.	0.	*Naſſ. & Ulugb.*

Adeò res incerta erat. Porrò

AMBITUS civitatis CAMBALU XXIV. *milliarium* erat. Longitudo quippe cujuslibet lateris ad *milliaria* ſex extenditur, *Italica* nempe. *Ven.* II. 10. Sed *Nicolaus de Conti* milliaria viginti & unum huic urbi tribuit. *In eâdem urbe*

CADAVERA extra ſuburbia ſepeliebantur. *Ven.* II. 11.

CAMPANA quoque eſt in medio civitatis, quâ ter veſperi pulsâ, domô amplius egredi non licet. *Ven.* II. 10. *De*

CANALIBUS, quos Cubla inter Cambalu & Caigui paravit, vid. Ven. II. 60.

CONDITA à Mangone, Gingis nepote. *Teix.*

DISTAT civitate Geogui mill. XL. *Ven.* II. 28. fluvio Pulisachniz. mill. 10. *Ven. II.* 27. regno Tainfu. mill. 40. & diætis inſuper decem. *Ven. II. 29.*

FIGURA urbis quadrata. *Ven. II. 10.*

FODINARUM *argenti* circà hanc urbem, *Ibn Said* meminit.

FREQUENTATUR à Mercatoribus exteris, VIII. 3.

MERCATURA hîc adeò florebat, ut toti orbi ſufficere videretur. *Ven.* II. 11.

MERETRICES XX cIↃ in ſuburbiis alebantur. *Ven.* II. 11.

MURUS urbis albus. altus XX. paſſuum. craſſus decem. Sed aſcendendo à ſpisſitudine remittens. *Ven.* II. 10.

PALATIA non pauca. Circà portas. in angulis muri. Pasſim. *Ven.* II. 10. Regium verò Venetus II. 9. deſcribit.

PLATEÆ rectisſimæ. *Ven.* II. 10.

PORTÆ XII. ſingulæ à mille cuſtoditæ militibus. *Ven.* II. 10.

REGIA olim fuit. *Ven.* II. 10. Et Cublæ quoque II. 3. 6. hybernis ſemenſibus. II. 9. 16. Tandem deſerta à Cublâ, *novèq; condita* ab ipsô, ad alteram fluminis ripam. OB rebellionem ſcil. ab Aſtrologis prædictam. *Id.*

SUBURBIA XII. Quot videlicet PORTÆ. *Ven.* II. 11.

Hæc itaque urbs eſt, quæ non minus pro *Pequinô*, Sinenſium Imperatorum regiâ, quam *Chataja* pro *China* habetur. Et ſequitur alterum ex alterô. An tamen *omnia*, uti *Martinius Atl. p. 22. a.* loquitur, quæ *Marcus Paulus de Cambalu* ſcripſerat, *Pequino* conveniant, infrà videbitur.

CASGAR. Hanc *Chitaa* urbem

vocat

vocat *Gentius Not. ad Rof. p. 355.* Sed hæc procul extrà Sinas eſt. *vid. Indic. Paulinianum.*

CATAYUM. Propè multæ civitates ſunt, quæ provinciis nomina dederunt, uti & noſtra *Brandenburgum.*

Sic ergò & Catayum inter Catayi urbes refertur à *Sabellico Enn.IX. libr. 6. Jovio, Vartomanno, Busbequio locis ſuprà deſcriptis. Laonicus* τὰ χατάϊα vocat, Chataidum urbem.

CIANFU. Eſt hæc nobilis Chatajæ civitas. Diſtat Fluvio Caromoram diætis duabus. Incolæ idololatræ. Ita *Venetus* II. 31. Jam Terminatio FU *Sinica* eſt. *v. Gloſſarium voc. FU.*

CIANGLU. *v. Index Paulin.*

IONS. Eſt & hæc Chatajæ civitas, eaque maxima. *Haytho.* Tamorcani ſedes, & à Patre ejus condita. *Id.* Hæc, niſi fallor, Alhaceani *Gonza* eſt. p 50. & Veneti *Ciandu.* Quæ poſtrema etiam *Hornii* ſententia eſt, *Introduct. Geograph. 6. b. pr. fol. 8. 1. b.* Ciandu autem a *Cubla* condita fuit, hoc eſt, *Tamorchani* avo & prædeceſſore. *v. Ind. Paulin.*

ISBARA. Hæc ab *Ambsja* Chatajæ tribuitur. Habeturque à nonnullis pro *Aſpbetira* Alfergani, quam * ναύσαθμον Sinenſium vocat *Elem. Aſtr. cap. 9.*

SARNAU. Hujus urbis ceu Cathaicæ *Vartomannus* meminit. Procul dubio ea eſt, quam *Haytho* Saram & *Ambes* Sarajam vocant. Hæc verò Deſtæ regia eſt. *Ambsja.* & *Cumaniæ, Haytho cap. 47.* hoc eſt, *Capbchaci. Idem cap. 52.*

FREQUENTATUR porrò Chataja à Mercatoribus *Ciartiamenſibus*, teſte *Veneto* l. 43. & *Sumatranis*, aut: *Vartomanno* II. 19. *Aliisq;*, quod *Ibn Said* apud *Abulfedam* ſubindicat, & *Turcicus* ille *erro* apud *Busbequium.* Jam *Sina* quidem *Exteris* ferè *clauſa* eſt. Sed Turcæ, Mogores & Tibetani terrâ; mari verò Siones & Cambojani perſæpè in illam penetrant ſub ſpecie *Legationum* planè confictarum.

INSULA verò nec China eſt, nec, quod *Cadamuſtus* affirmat, Chataja; ſed MEDITERRANEA magnam partem. *Busbeq.*

LONGITUDO Chatajæ XXV. diætæ, ſecundùm *Venet.* I. 62. Quod non adeò abludit à ſpatio *Chinæ Borealis, v. de MURO, mox infrà.*

MONETA *papyracea* eſt, *quadrata*, & ſigillo Regis inſignita, obſoleta verò novâ permutatur in aulâ. *Hayth.* Similia ferè tradit *Venetus* de Moneta magni Chami, quam in civitate Cambalu ingenti numero parari feciſſet, II. 21. Sed *rotundâ* fuiſſe refert, & ex medianis *Mororũ corticibus* confectam. Talem à Gingiſchano Sinis imperatam fuiſſe volunt. Aliàs enim inde ab antiquisſimis temporibus monetæ loco fruſta argenti majora aut minora uſurpant,

MURO

MURO *Chatajam ambiri* Ibn-Said *apud* Abulfedam *tradit*. Quodque nonnulli arbitrarentur, *murum illum XXIII. diatis ab Oriente in Occidentem protendi*, Veneti *longitudinem*, quam dixi, confirmat. Est autem ex palmariis argumentis eorum, qui Chatajam & Chinam pro eâdem sub diversô nomine Regione habent.

Sin. Murus iste Sinis * *vanlichiing* dicitur, hoc est, decies mille stadiorum. *Van* enim decies mille est; *Li* stadium Sinense; *Ching* mœnia. Non tamen ideò sic appellatur, quòd tantæ sit longitudinis. Nam 250. stadia Sinensia unum æquatoris gradum conficiunt; Decies mille verò stadia, quadraginta gradus. Vera autem longitudo *à sinu maris*, in quem *Talo*, Orientalis Tartariæ Fluvius ruit, ad montes usq; *Kin* propè Groceum, quô tractu *quatuor provincias* ambit, circiter viginti tantùm graduum est, hoc trecentorum milliarium Germanicorum. Notandum itaque, quòd Sinæ *Myriadem* pro quovis *magno numero* ponat, velut & *Hebræi*, *v. Glass. Rhet. 450*. Sinæ verò eò magis, quod *Periodum annorum*, quàm *Vannum* tot annis definiant. Solet enim Imperatoris Titulus VAN VAN SUI esse. Ceterum *Latitudo* muri tanta est, ut sex aut octo quoque equitum lateralem stationem simul capiat. Cœptus ideò, confectusque, ut Tartari, qui toties Sinam latrociniis infestabant, aditu prohiberentur. De Tempore structuræ res ferè dubia est. *Ex Sinensium annalibus* refertur, Murum hunc anno ante Christi Nativitatē CCXV. idque intrà quinquennium, mirum dictu! cœptum absolutumq; esse, Xii Imperatoris auspiciis. Alii verò, ex Sinarum itidem traditione aliâ, structuram hanc *Tzinzono* acceptam ferunt, qui Dynastiæ primæ Sinicæ CCVII, idemq; ultimus rex erat. Ab aliis etiam Conditor *Crisagnol* vocatur, qui anno Christi IↃ XXVIII vixisse dicitur, uti videre est apud *Purchasium*. Illud verò valdè mirum est, quòd nec *Carpinus*, nec *Rubruquis*, nec *Venetus*, qui illas terras peragrarunt, & curiosè descripserunt, hujus muri meminerint. Indeque sunt, qui anno Christi CIↃ CC. recentiorem putent, & fortè ab *Homvu*, felici illo circà annum Christi CIↃ CCCLXVIII. Sinicæ libertatis assertore conditum. Intereà, *murus*, qui *Chatajam* secundùm Arabem laudatum ambit, ille ipse est, qui *Sinas* continet.

OCCUPATA. *Sunt*, qui ajunt, *Chatajam à Gingischanidis occupatam esse, Chataosq; imperium hoc instituta nova Epochâ temporis agnovisse*. Idq; *anno ultimo Queibal Cycli Hexacontaëterici tertii*, quem *Hiávên* vocant. Anno nempe 9680. Venni 8864; hoc est, Æræ Christi 1263. Ita *Nassiroddinus*. Eaque Chinæ convenire putantur. Quippe cujus

pars

pars *Borealis* circà illud tempus à Tartaris capta est; nec multò post *Australis.*

PONTES. Ceterum *Pontes Chatajæ,* eosq; *admiranda structura* Venetus subindè memorat. Traditque *aliquorum fornices adeò altè porrigi, ut naves erectis malis subter transire queant.* Sic & in unâ urbe *Singui* VI cIↄ circiter pontes fuisse; & in urbe *Quinsai* ad XII cIↄ fidem facit. In *Chinâ* verò ingens pontium, & admirandorum quidem, copia est, ut & hoc magno argumento sit, *Venetum* de China locutum esse. Tantummodò volunt, ipsum *arcus triumphales* pontibus annumerasse, vel numerum pontium Quinsayensium suprà fidem auxisse. Memorabilis item *Pons* est, cujus Venetus II. 27. mentionem facit. Transibat ille *fluvium Pulisachniz*, eratque *marmoreus. Longitudine* trecentorum passuum; *latitudine* octo. Innitebatur *arcubus XXIV.* Ornatus verò erat ad utrumq; marginem sculptis *leonum simulacris.* Jamque Sinæ non *pontibus* tantùm refertæ sunt, sed & magnificis ac stupendis. Videsis *Martin.* passim & *Neuhof. Part. II. cap. 11.* Sed quis ex iis pons ille Veneti sit, nemo, quod sciam, indicat. Et est *Loyangus* pons omnium in Sinis maximus. Sed non est, qui eum huc referat. *v. Indicem M. P. Veneti, de Pontibus, deq; Pulisachniz.*

POPULOSITAS. *Infinitis* porrò *gentibus repletam* esse Chatajam, Haytho autor est. Quodque *Venetus* de *Tampinguensi* regione tradit, eam *quasi unam urbem* esse, hoc universè Sinis tribuunt, qui eam viderunt, *Alvar. Samedus, Trigautius, Martinius, Gruberus, v. Kirch. Chin. Ill. p. 168. a.*

SALIS MONS. Montem quoque in Cathea esse, qui Salis copiam præbeat, toti Indiæ sufficientem, *Strabo* scribit.

Majora de regno *Taicam* Venetus habet, I, 32. De regione verò *Suchuen*, quæ sexta Sinarum provincia est, *similia* leguntur. Ita enim *Autor Atlantis: Per totam provinciam magna vis ferri effoditur. Sed quod rarum in orbe reliquo, hîc putei salis sunt in montibus, ex quibus toti provinciæ de sale prospicitur. Sunt autem putei isti suprà centum passus alti in montibus cultis, dulcisq; soli.* Hæc & alia *Martinius pag. m. 51. b.*

SITUS. De Situ Chatajæ planè multa, sed non adeò consona invenio. Horum aliqua PLAGAS respiciunt; quædam VICINIAS; Reliqua DISTANTIAS.

DISTAT itaq; *Transoxianâ* * *Itinere menstruo.* Ita *Arabsj. p. 67.* Est qui *diætam* pro *itinere menstruo* posuerit, cum hunc locum Latinè transferret. Sed is luculentus error est. Ar.

e VICI-

VICINI *Chatajorum* præcipuè hi sunt: *Balachschani*, *Casgarenses*, *Distenses*, *Geta*, *Igurai*, *Indi*, *Mogoles*, *Singui*, civitas, *Tatari*, *Turquestani*. Hæc ex *Arabsja*, *Ulugbeige* & *Veneto*. At *non* ubique tamen *mediata vicinitas* intelligenda est. Huc spectat, quòd Chataja sita esse dicitur sub regione *CASIA*, *Ptol.VI,15*. inter FLUVIOS Hyarotidem & Acesinem, vel & ultrà. *Strabo p.581. v. Casaub. ad h. l.* sub frigidiore cœlo, *Vart*. Suprà GANDARIDEM, *Id*. extrà IMAUM montem. In INDIA. *Strabo* enim *Indos* vocat. Ad latus infinitarum INSULARUM circa Orientem & Meridiem. *Haytho*. In principio MUNDI. *Haytho*. (h. est, extremo Oriente, veluti *Portugallia* קצה הארץ *Finis terræ* dicitur, secundùm autorem *Juchasin p.288. edit. Constantinop.* & hodiè *Artabrorum portus*, de quo *Ptol. II,6.*) in TARTARIA, *Xav.* ad THRACIÆ fermè parallelum, *Jov.* in Regionib. *TURAN. Arabsj.* Prætereà legitur, inter Chatajam & has illas provincias alias, hanc illam sitam esse. Inter Chatajam & Balachschanum, Casgar; *Arabsj.* Inter Chatajam & Cerguth, Singui. *Ven.* Inter Chatajã & Indiam SYM, *Haytho*, & Casgar, *Arabsj.* Inter Chatajam & Samarcandam, Timuri Regiam, desertum LXX. diætarum. *Schildberg.* Inter Chatajam & Syriam, Regnum Tamerlanis. *Arabsj.*

PLAGARUM respectu Chataja sita esse scribitur, in ultimô ORIENTE, *Abulfed.* in remotissimâ totius Orientis parte. *Xav.* ad Orientis extrema, *Carp. Abulf.* ad extremam Orientis plagam. *Jov.* & in extremo ad Orientem OCEANO. *Jov.* in Oceani litore. *Haytho.* ad ipsum usq; Oceanum Eoum. *Carp.* ad ORIENTEM Hyrcaniæ, *Laonicus*; regniq; Tarse, *Haytho.* ad OCCIDENTEM Egrigajæ, *Ven.* Sericæ, *Ptol* Distæ, *Arabsj.* ad SEPTENTRIONEM montium Belhar, *Abulf.* ad MERIDIEM deserti Belgiam, *Haytho.* ad VULTURNUM regni Erigimul. *Ven.*

Ista, quisquis volet, conciliet, Sinisq; Borealibus convenire demonstret. Veteres sanè Cathéam longè occidentaliorem esse putaverunt. Diodorus etiam Cathéam, & Sopithis regionem distinguit, ut & Arrianus. Tradit enim, Alexandrum, eversâ Cathæorum urbe, Sangala ad Sopithis regiam contendisse.

VIÆ PUBLICÆ. Refert *Paulus* noster, Cublæ, nisi fallor, solertiâ & auctoritate, *Vias per Chatajam Arboribus consitas esse*, ne quà nuncii, & qui illac proficiscuntur, errarent. Huc spectare videntur, *statuæ* illæ *Mercuriales*, quibus *Distantiæ locorum* inscriptæ sunt. Tales enim per Chinam decimó quôvis stadio inveniuntur.

2. ab

2. ab Incolis.

§. 13. Venio ad *mores, ritusq;*, reliquasq; *conditiones* hominum, qui Chatajam habitabant. Ea enim *D. Golius* inter præcipua sententiæ suæ argumenta numerat.

CHATAJI itaq;

Primùm AFFABILES *valdè erant*. Ven. *II, 28*. hoc est, *Humanissimi inter se*. Busbequ. & *ergà peregrinos*. Vart.

Sinarum verò Urbanitas à nemine non commendatur. *Ad fastidium usque prolixa sunt, ac tantùm non superstitiosa urbanitatis officia*. Verba sunt *Martinii*, *Atlantis p. 7. a.* Qui & paulò pòst sic habet: *In publicis congressibus Sinæ ad salutationes perofficiosi sunt, ergà hospites quoscunq; humanissimi*. Videsis, quæ sequuntur. Sed &

ARMIS quoque *Cataji utebantur, qualia alibi visa non erant*. Haytho l. 25. Fallor. an *Tormenta bellica* in mente habuit Armenus, an Cilix iste? De iis verò *Mercator in Atl. Maj.* & in *Descriptione* quidem *regni Sinarum p. 371.* sic habet: *Tormentorum bellicorum usus hìc* (in Sinis) *adeò vetus est, ut inventorem nesciant*. Adde ejusdem sententiæ *autorem Admir. in Sin. & Europ. cap. 47.* Ac in Europâ quidem serò auditum est de *tormentis illis, deq; pulvere pyrio*. Primi, nisi fallor, *Veneti* fuerunt, qui istis *usi* sunt. In *bello* videlicet *Genevensi*. Sed *Sinas* multò ante his ignibus pugnasse, vix est, qui neget. Ideoque valdè miror, *Albacentum*, Arabem, fide *Johannis de Bee*, scribere, quòd in prælio Tamerlanico Sinensium *equis* Tamerlanis *tormenta bellica*, quoties disploderentur, magnæ formidini ac *terrori* fuerint. Ita ille *libr. II. p. 88.* Idem *pulveris pyrii* meminit, *lib. I p. 59.* quodq; Tamerlanes secundùm recentem tunc apud Græcos fundendorum tormentorum artem, & ipse tormenta aliqua fudi fecerit, *libro V. p. 267.*

ARROGANTIA. De Chatajorum arrogantiâ *Haythonem* legi velim, *suprà p. 10. fin.* De Sinis res certa est, gentem esse suprà modum φίλαυτον. Adeò *antiquitatem* generis sui prædicant. Et nihil non suarum *rerum* atque *artium*.

ARTIFICES item *Chataji erant*. Ven. *I. 62.* & *exquisitæ artis opera conficiebant*. Carpinus 4. ut & aliàs *sagacissimi erant*. Hayth *II. magnæq; solertiæ*, Busbeq. 42. *ingeniosi*, Ven. *II. 28.* Haytho 34. *perspicacissimi*, Haytho 30. Hæc omnia Sinis conveniunt. Proq; iis loquuntur *Agricultura. Architectura. Canales. Elaborata corallia, ebena, ebora, jaspides, marmora, succina. Machinæ Mathematicæ. Panni serici chrysendeta. Piscatura. Porcellanæ. Scientiæ omnis generis. Vitrum ex oryza*, & multa alia, quæ *singulari artificio* ab iis parantur.

Accedit, quòd nihil in Europa artium sit, quam nostrates ibi non invenerint. Invenerunt enim *campanas*, *tormenta*, aliaque ex ferro & ære fusa. Invenerunt *pulverem pyrium*, *Magneticam*, *Sciotericam*, & alia, quæ laudati rerum Sinicarum Scriptores passim inculcant. Sola *picturâ* & *fortitudine* Sinæ ab Europæis superantur.

Porrò ASTRONOMIAM Chatajorum *Ulugbeigus* prædicat. De quâ tamen infrà, ubi ad *Chronologiam* perventum fuerit, unà agam. Hic ejus vel ideò memini, quod *Ath. Kircherus Chin. Illustr. p. 61. a.* scribit: *Nihil ita luculenter, Chinam* pro *Catayo semper habitam fuisse, demonstrat ac Persarum monumenta tùm Astronomica, tùm Botanica.* Sic ille. Qui quidem nihil *Botanicorum* monumentorum affert. Puto, ipsum *herbarum nomina* quædam in mente habuisse, de quibus in *Glossis Chataicis* dicam. *Astronomica* verò monumenta terminos illos *Chronologicos* vocat, quos ex Nassiroddino in D. Golii a..ditamento conspexerat. *v. suprà pag. 17.*

AURI Usus. *Aurum*, aliaq; metalla Chatajis quidem non desiunt, sed iis non tàm in monetæ quàm *vasorum*, aliorumque *ornamentorum* confectionem utuntur. Hayth. 42. De Sinis verò *Atlas*: *Aurum merces* (merx) *potius hic est, quàm mercium precium.*

BARBA. *Barbâ* Chataji *naturaliter carent.* Haytho 22. Ven. MS. I. 62. attamen *pilos suprà labia habent.* Ven. ib. Sic de Sinis *Atlas* tradit p. 5. b. f. quòd *barba* illis *rara* sit.

BARBARUM TINCTURA. Intereà *Barbas tingunt* Chataji. Strabo 10. veluti & *Indi*, ibid. Aliæque gentes non paucæ, non *barbas* tantùm, sed & *capillos*, *dentes*, *faciem* pingebant. Res nota est de *Gelonis*, *Agathyrsis*, *Scythis*, *Romanis*, *Saracenis*, *Thebanis*. Idem hodiè in Americâ *Quivirani*, *Virginiani*, *Floridani* faciunt, ut & Persæ pilos, manus, ungues pingunt. Sed & *Sinæ*, ac imprimis *Junnani*, de quib. *vid. Atl. 129. a. m. 130. a. m.*

BELLICOSITAS propè iners, aut nulla. *Bellorum* Chataji ferè *inscii* sunt. Alhacent. p. 6. imò & *timidi* nimis, ac *haud bellicosi*, Hath. 33. adeoque facilè se *Alexandro dediderunt.* Curt. & *Tamerlani.* Alhacent. p. 7. Bella tamen *mari feliciùs* gerunt, *quàm terra.* Haytho 34. vocantur & *Strenui* à Cadamusto lin. 15.

Jam Sinæ fortitudinem non tàm demonstrant, quàm laudant. *Lepores* vocabat Hiangyus, meticulosos hostes, quos & Scipio *lepores galeatos* nuncupare solebat. Sed militiam in vilissimis vulgò habent. *Martin. Atl. p. 7. a.*

BELLORUM HISTORIA. Ceterum *SADUS*, Rosarii Persici autor,

ejus libri cap. V. §. *1. 6.* belli meminit, quod Chataji cum Mahmude, Chorasmiorum Rege, gesserint. Nescio sanè, an *Historia* sit, an *Fabula*, quæ aliàs ibi refert. *v. Gent. præfat. p. 6. Olear. præfat. p. 19.* Bellum verò Chataicum pacemque subsecutam inter Historias referre non dubito. Quin & alia hujus belli extent monumenta Apud *Malatiensem* videlicet. Tradit enim, *Mahmudem*, Chorasmiorum regem, circa ann. Christi clↃ CLXXI. aut paulò pòst sequentium aliquem, à fratre Chataici Regis ope victum, imò à Chatajis abductum esse. Et indè colligo, non omnes *Sadi* Historias ævi ejus esse. Scripserat enim *Sadus* anno Hegiræ 656. quod ipse ad finem præfationis docet. Erat is annus Christi 1258. Idem verò Malatiensis testatur, Bocharam circa ann. Christi clↃ CXCV. Chatæis à Chorasmiorum Rege ereptam esse. Jam Sinas quidem cum *exteris* quoq; bella gessisse passim legitur. De bellis verò cum *Chorasmiis* non item.

CALLIDITAS. *Sunt* & Chataji *callidissimi*, Haytho II. sic & *Sinæ. Atl. 5. b. f.*

CAPILLORUM COLOR. Sunt Chataji *capillis nigris*. Ven. *I. 62.* Eos *Karabaß* dici, hoc est, *nigra capita*, *Maginus* volum & *Ravius*. Ille *Geographiæ p. 235.* Hic *Cosmograph. p. 890.* Attamen non à *capillorum*, sed *tegminum* colore sic dici iidem tradunt. Scilicet ut Persæ * *Kisilbaße*, *rubra capita* appellari solent. Aliàs tota Iran Karabas hodiè dicitur. Hæc obiter. *Nigredo capillitii* Sinarum quasi gentilitius color est. *Flavum* enim & *ruffum* vilipendunt, imò horrent. *A. 6. a. pr.* Contrà quàm aliis gentibus visum est. Saraceni enim flavum amabant. *v. Histor. Sarac. I. 11. 17. II. 4, 8, 11.* Ruffum Arabissæ. Sionita *de morib. Arab. p. 65.*

* Ar.

CHRONOLOGIA. Sed maximi ponderis argumentum est, quòd *Epocha*, quam *Chatajam* vocant, planè *Sinica* est. Scripserat hac de re *Nasiroddinus* Persa, Tuso Chorasanæ oriundus. Et id *Persicè* quidem. In *tabulis* scilicet *Astronomicis*, quas *Ilchanicas* vocabat, & *Allao*, Domino suo, dedicaverat. Earum exemplum nondum typis editum *D. Golius* possidebat. Ulugbeigus verò *eâdem Linguâ iisdem* propè *verbis*, & quæ de *Longitudinibus*, deq; *Latitudinibus* Locorum Nasiroddinus scripserat, & quæ de *Epocha Chatajorum*, exscripta suo quoque nomine edidit. Hoc partim ex collatione Tabularum Geographicarum utriusque, veluti à *Joh. Gravio*, *Anglo*, editæ sunt, liquet; partim testimonio D. Golii confirmatur, qui tàm Nasiroddini Manuscripto, quàm Ulugbeigis libellô, à *Gravio* itidem editô, usus est. Ipsum tamen Ulugbeigum æræ hujus satis gnarum fuisse, vel & indè patet, quod

curiosè eam tradit, & accuratisſimè æræ Mohammedicæ alligat. *vid.p.50. & infrà.* Jamque *Ulugbeigus* plenisſimè *Chataicam Chronologicam* tractat. *Chataji* verò ſecundùm *Traditionem* ejus ſic procedunt.

1. *Diem* nempe *naturalem* (τὸ νυχθήμερον) à media nocte in mediam noctem putant, & à Ceh quinto Jagi primi; *Annum* verò à 15.gradu Aquarii incipiunt.

2. Porrò diem naturalem in *XII.horas* dividunt, quas *JAGOS* vocant, nos *Biboria.*

3. Horam dividunt in 8. partes, quas *CEHOS* vocant, nos *ſcrupula horaria.*

4. Diem in 10000. quoque particulas ſecant, quas *FENACOS* vocant; nos *ſcrupula diaria.*

5. Dividunt prætereà *annum Tropicum* in XXIV. partes.

6. Attamen & *XII. Menſes* numerant.

7. Agnoſcunt & *Menſem Embolimæum.*

8. *Periodi* Chataicæ ſunt:

1. Cyclus *denus.*

2. Cyclus *duodenus*, Jagorum, dierum, annorum, ut & *Electivus.*

3. Ex cyclo annorum deno & duodeno compoſito emergit *Cyclus ſexagenus.*

4. Ille *triplus* eſt Primus *Shanec ven* dicitur, alter *Chunec ven*, tertius *Cha ven.*

5. *Vennus* 10000. millia annorum complectitur.

9. Dodecaëteridem porrò *animalium nominibus* inſigniunt.

10. Accedit *Synchroniſmus.* 1. Cyclus enim primus ſexagenus cepit anno Hegiræ 847. die 8. menſis Sjewal, feriâ tertiâ.

2. Annus decimus Quei yeù fluebat anno 642. Jesdegirdi, Nasſiroddinô teſte.

11. A creatione mundi ad tempus prædictum Hegiræ elapſi ſunt 9860. anni, de Vennô 8864.

12. Anni ſunt veri ſolares à loco ☉ in Zodiaco ad eundem.

13. Quantitas *anni*, dies 365. Fen. 2436. *Partis* viceſimæ quartæ, d. 15. Fen. 2184⅝.

Et huc ſpectat, quod *Curtius VIII.* de *Indis* habet. *Eos nempe menſes in quinos denos dies deſcripſiſſe, ac plena anni ſpatia ſervâſſe.*

Et jam tota *Chatajorum* Chronologia eadem, quæ Sinenſium. *Nomina* namque *temporum* penè omnia planè Sinica ſunt, ut infrà *ex Gloſſario Chataico* patebit.

Diviſiones etiam & *initia* & *quantitates* temporum conveniunt.

Ac tandem *Synchroniſmi.* e.g. (1.) anno Chriſti 1654. obtinebat ap. Sinas annus Cycli ſexageni triceſimus primus, qui *Kià ù* dicitur. Ita Martinius Golio retulerat, antequàm exempla illa, quæ ex Ulugbeige & Nasſirod-

ſiroddino & hic adducta ſunt, obſervaſſet. Annis 1654. demas annos 1273. (huic enim anno reſpondet annus Jesdagirdicus 642.) & productū 381. per ſexagenarium dividas, reſiduum erit 21. ſubtractis 21. de 31. (*Kià ù*) habebis 10. (*Quei yeù*) ut ſuprà. Sic (2.) collatis annis 1654. & 1444. (qui ann. Hegiræ 847. reſpondet) demtoq; numero minore à majore, habebis 210. iis diviſis per 60. emergent 30. ſubtractisq; 30. à 31. (*Kià ù*) habebis unitatem, quæ primum cycli ſexageni annum, *Kià çú* dictum denotat.

Huc item ſpectat, quod *Hebræus* quidam *Sinicus Riccio* reſponderet, *Meſsiam* quidem ſuum venturum esſe, ſed poſt annos demum *decies mille*.

Ita *Vennis* quidem, hoc eſt, decies mille annorum Periodis mundi tempora deſcribere ſatagunt *S*inæ. *S*ed ſi rem rectè penſites, vix IV ↀ Iↄc annorum Hiſtoriam producere in medium queunt, qui omnium temporum, (ſuæ quidem gentis, Acta penes ſe eſſe gloriantur. *v. Kirch. Oedip. III. Fobi* namque primus ille *S*inarum imperator, quaſi circa annum ante Chriſtum 2952. demùm regnâſſe, ex Annalibus eorum colligitur. Ponamus ergò *Diluvium Noachicum* univerſale non fuiſſe, ergòne Fohius initia *Hebraica Chronologiæ* attigit? Minimè. Vixiſſet, ſi *S*inarum ſequamur computum, *ſexcenteſimo* quidem *quinquageſimo primo ante Diluvium* anno; ſed *milleſimo & amplius* poſt mundi creationem. Quid ſi ſub *Fobii* & ſequentium ſex regum nominibus *Patriarchæ* Hebræorum lateant? Certè *Hornius Arc. Noa. p. 13.* non adeò abſurdè tale quid conjicit. Vultq; *Fobium, Adamum; Xinnungum, Cainum; Hoangtium, Hanochum; Yaum, Noam* fuiſſe. Ego verò, ſi quid conjecturæ ſubſit, Fohium pro Noacho haberem, & Adamum * *Puoncuum* dicerem. Ita enim *Sinæ primum* vocant *hominem.* Deinde & hoc notandum eſt, quòd *ipſis adeò Sinis temporum ſuorum initia ſuſpecta ſint*, cujus *Martinius* teſtis eſt, *Hiſt. Sin. p. 3.* Cumque, *ſi tempora retrò putentur, Sinarum computus cum Ruſsico* ferè conveniat, utrumq; quidem *Hebraicô* cedere debere arbitror, ſed nec *Sinicum fundamento* aliquo carere puto. Fortè *Vennus* ille, qui anno Chriſti 1583. finiebat, ſic ſe habuit, uti Periodus Juliana, quæ annos mundi latè excurrit. *Priores*, quos numerant, *Venni* procul dubiò conficti ſunt. Tandem obſervari velim, quod *Joſeph. Scaliger* haud rectè *Sinenſium Epocham* mente conceperit, quatenus *in de Emend. Temp. annum Chriſti 1594.* cum anno 88073. *S*inarum connectit. Eſt enim annus *undecimus Venni 8863.* adeoque (ſi annos plenè numerare velimus ſecundùm Sinas) annus 88640011mus.

* Sin.

CONNUBIA. De Catheorum

Con-

Connubiis Strabo ex aliis refert: eos mutuis electionibus matrimonium contrahere. *lin. 14.* Sic & *Diod. Sic. XIX.* & *Curt. VIII.* Quod tamen inter Sinas minimè receptum est, quippe ubi nudis parentum consiliis, irrequisito ferè filiorum consensu, connubia fiunt. *Ita Neuhof. B. II. p. 280. pm.* Martinius verò: *Inter contrahentes*, inquit, *nullus aspectus mutuus, nulla colloquia, publiciq; contractus. Utrorumq; Parentes per Procuratores suos matrimonium instituunt.*

CONVICTUS. Chatajos, cum comedunt, humi sedere, *Vartomanni* observatio est. Sed cum quâ non concordat, quod *Neuhof. P. II. cap. 4. pag. 263. a.* refert. Nec *bacillorum mensalium* Sinicorum in Historia Chataica mentio fit aliqua.

CORPORIS HABITUDO. Quod si porrò Chatajorum *communiorem corporis habitudinem* contemplemur, magna eorum Sinarumque similitudo est. Sunt enim Chataji COLORIS albicantis, uti nos. *Cad. 14. Vart. 13.* Sunt *pulcherrimi*, Haytho 20. *Mulieres* verò imprimis *albæ*. Ven. I. 62. Sunt & *NASO parvo*. Venet. I. 62. *Oculisq;* communiter *parvis*. Haytho 21. *Pingues*, Ven. I. 62. Sic & de Sinis Atlas: *Valetudinis*, inquit, *sat firma sunt, ac robusta, duratis vel indè à puero lacertis, colore candido certant alicubi cum Europæis, multiq; conveniunt, si nasum simum, barbam raram, exiles, prominentes & in oblongum deductos oculos, latamq; & ad quadrati magis formam accedentem faciem exceperis. - - Mulieres utplurimùm staturâ minores sunt, at vultu & liberali & eleganti. pag. 5. fin.* Add. *Neuhof. P. II. c. 6.*

EPOCHA. vid. CHRONOLOGIA.

FRUGALITAS. *Frugalitatem* Catheorum, quæ extrà ornatus luxum est, Strabo commendat *lin. 13.* Sed Sinarum convivia valdè sumptuosa esse, recentissimi Scriptores fidem faciunt.

INFANTUM CENSURA. Cathei etiam *infantes* jam *bimestres* sub *censuram formæ* tradunt, ac tunc eos vel *vitâ donant*, vel *interimunt*. Strabo. vel *exponunt*. Ven. Huc fortè trahi possit, Sinarum crudelitas, quâ moti pars *aquâ* infantibus vitam adimit; pars eos *vendit*.

LINGUA. Sed à *Linguâ*, ejusque *Reliquiis* præcipuum ferè argumentum desumi potest. Idque *D. Golius* non *maximi* tantùm facit, aut non *minoris*, quàm quod à *moribus* afferri poterat, sed & *fusè* persequitur. Nam non *Chataica* duntaxat *nomina*, quibus *horas, dies, menses*, majoresque *Periodos; Electiones* item designant, ex *Nasiroddino* recenset; sed & cujusq; *sonum* & *characterem*, uti quidem apud Sinas receptum est,

Marti-

Martinii & *Sinicorum Glossariorum* ope adjutus, tradit, ac, ubi opus erat, explicat. Ego, ne quid huic materiæ desit, & illa, quæ Dom. GOLIUS habet, quantumvis pridem ante lectam commentatiunculam ejus à meipso quoque observata, in honorem ejus *repetam*, & alia, quæ eò spectant, *addam*. Sunt ergò, quas hactenus conquirere potui,

GLOSSÆ CHATAICÆ.

I. Termini Chronologici ex *Naßiroddino, Ulugbeige* & *Ignatio Antiocheno*.

A. Vocabula TEMPORUM communia.

	1. *Naßir-odd.*	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	4. *Char Sin.*	5. *Pronunc. Sin.*	6. *Signif. Chronolog.*	7. *Signif. appell.*
1.		فنك	*enac.* [a]	凤	Fuſn *vel* Fung.	Pars 10000ma, diei naturalis.	*Phœnix.*
2.		كه	*eb.* [b]	刻	Ke.	Pars octava bihorii.	*Sculptura*
3.		چاغ	*ig.* [c]	札	Cha.	Pars duodecima diei naturalis ſ. BIHORIUM.	*Scriptura.*
4.		شون	*bun.* [d]	純	Xûn.	Biſſextilis.	*Natura.*
5.	كان			干	Cañ.	Radix ſeu cardo temporum.	*Truncus.*
6.	ون		*'en.*	文	Vên.	Cyclus ſexagenarius.	*Compoſitio.*
7.		شانكون	*banee Ven.*	文上	Xáng Vên.	Cyclus primus ſexagenarius.	*Compoſit. ſuperior.*
8.	چونكون	چونك ون	*unec Ven.*	文中	Chúng Vên.	Cyclus ſecundus	*Compoſit. media.*
9.		خا ون	*ha Ven.*	文下	Hiá Vên.	Cyclus tertius.	*Compoſit. inferior.*
10		ون	*ЕN.*	萬	Ván.	Periodus annorum XcIↄ.	*Decies mille.*

a. b. c. d. *Voces prætermiſſæ à* D. Golio. *Fortè &* Nasſiroddino. *Prætereà oportuit* characteres *vocum* Xáng & Hiá *transponere, quas* D. Golius *vel* Typographus *ex errore quodam inverterat.*

Vocabula TEMPORUM *propria*.

B. *Decem* CARDINES.

1. *Naßirodd.*	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	4. *Char. Sin.*	5. *Pronunc. Sin.*
*1.	كا	*Ca*	甲	Kia
2. بـي	بي	*Pi*	乙	Yì
3.	بين	*Pin*	丙	Ping
4.	تين	*Tin*	丁	Tiñg
5.	وو	*Vau*	戊	Vû
6.	كي	*Ci*	己	Kì
7.	كن	*Can*	庚	Keñ
8.	سن	*San*	辛	Siñ
9.	زم	*Zem*	壬	Gin
10.	كوي	*Cui*	癸	Queì

NOT. in his Tabellis,
Secunda columella voces Chataicas exhibet, uti ab *Ulugbeige* relatæ sunt.
Prima eas, quæ à *Nasiroddino* vel aliter scriptæ fuerunt, vel ab *Ulugbeige* traditæ non sunt. Reliquis utrinq; eodem modo se habentibus.
Tertia docet, quomodo *Joh. Gravius* Ulugbeigicas voces, prout potuit, legerit.
Quarta characteres Sinicos continet, quibus Sinæ voces illas ceu suas designant; *Quinta* pronunciandi rationem iisdem usitatam; *Sexta* significationem Chronologicam; *Septima* appellativam. Sic de ceteris Tabulis habendum est.
Columella vero, quibus opus non erat, omissæ sunt.

De hujus ac sequentis Tabellæ vocibus *D. Golius p. 6. b.* sic habet: *Leguntur citrà omnem interpretationem, quia per se illis ipsis temporibus significandis inserviunt peculiari instituto & usu. Denotant quidem eædem voces etiam alia, sed quæ nihil faciant ad rem præsentem.* cont. p. 4. b. pr.

C. *Duo-*

C. *Duodecim* HORÆ, quas BIHORIA vocamus.

	1. Naßirodd.	*2. Ulugb.*	*3. Grav.*	*4. Char Sin.*	*5. Pronunc. Sin.*	
1.		زه	Żch	子	çù	12. *b*
2.		جيو	Jiu	丑	chcù	2.
3.		يم	Yem	寅	yin	4.
4.		ماو	Mau	卯	maò	6.
5.	جن	جين	Jin	辰	xîn	8.
6.		صر	Siz *a*	巳	sú	10.
7.		وو	Vou	午	ù	12.
8.		وي	Vi	未	vì	2.
9.		شن	Shin	申	xiñ	4.
10.		يوو	You	酉	yeù	6.
11.	سيو	شو	Su	戌	sio	8.
12.	كاي	خاي	Chaî	亥	haì	10.

a. Leg * *Su*.

b. Hi numeri *horas* noſtras notant, à media nocte numerandas.

D. *Viginti quatuor* PARTES ANNI.

	1. *Naßirodd.*	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	4. *Charact. Sin.*	5. *Pronunc. Sin.*	7. *Significatio appellativa.*
1.		ليچن	Lijan	春立	Lie-chuñ.	*Elevatio veris.*
2.		ووشي	Vushi	水雨	Yù xùi.	*Pluviæ aquæ.*
3.	كيليچه	كيچه	Cichah	蟄驚	Kiñg-che.	*Motus reptiliũ.*
4.	شونقوند	شونقن	Shunkand	分春	Chuñ-fuén.	*Veris pars.*
5.	شينك مينك	شنكمنك	Shinec-menc	明清	çiñg-mîng.	*Limpida claritas.*
6.	كوو	كووو	Kuvu	雨穀	Co-yù.	*Frugum pluvia.*
7.		ليچه	Lichah	夏立	Lie-hiá.	*Elevatio æstatis.*
8.	شيومن	سيومن	Siyumen	滿小	Siaò-muòn.	*Parva repletio.*
9.	منچن	منحن	Monhen	種芒	Máng-chûn.	*Herbarum semina.*
10.	خاچي	شاچن	Shajan	至夏	Hiá-chí.	*Æstatis statio.*
11.	سياو شو	شاوشو	Shaushu	暑小	Siaò-xù.	*Parvus calor.*
12.		دايشو	Daïshu	暑大	Tá-xù.	*Magnus calor.*

Viginti quatuor PARTES ANNI.

	1. Naßirodd.	2. Ulugb.	3. Grav.	4. Charact. Sin.	5. Pronunc. Sin.	7. Significatio appellativa.
13.	لیچـوو	لیچـو	Liju	立秋	Lieu-çieû	*Elevatio autumni.*
14.	چیوشو	چیو شیو	Jiushiu	處暑	Chu-xù	*Quies caloris.*
15.	بیلو	بیلـو	Yanlu	白露	Pe-lú	*Albus ros.*
16.	سیوقن	سیوقـن	Siyukan	秋分	çieû-fuén	*Autumni pars.*
17.	خنلـو	جنلـو	Jonlu	寒露	Hán-lú	*Frigidus ros.*
18.	شونکون	سونکون	Shuncun	霜降	Xoañg-kiáng	*Pruina descensus*
19.	لیتون	لینون	Linun	立冬	Lie tuñg	*Elevatio hyemis.*
20.	سیاوشه	ساوشـه	Savisah	小雪	Siaò sive	*Parva nix.*
21.	دایشه	دایسـه	Daisah	大雪	Tá sive	*Magna nix.*
22.	دونچي	دویخن	Duichen	冬至	Tuñg chí	*Hyemis statio.*
23.	شیوخن	سیوخـن	Siyûchen	小寒	Siaò hán	*Parvum frigus.*
24.	دابیخن	دابـخن	Dapechen	大寒	Tá hán	*Magnû frigus.*

E. *Duodecim* MENSES.

E solo Ulugbeige.

	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	7. *Significatio appell.*	8. *Scriptio Turc.*	9. *Lect. Turc.*
* 1.	ارام	Aram.	*Aram.*		
2.	ایکندی	Ikindi.	*Secundus.*	ایکنجی	Ickingi.
3.	اوچونج	Ojung'	*Tertius.*	اوچنجی	Utſchingi.
4.	تورتونج	Turtong'	*Quartus.*	دردنجی	Durdingi.
5.	بیشنج	Bisheng'	*Quintus.*	بشنجی	Beſchingi.
6.	التنج	Alteng'	*Sextus.*	التنجی	Altingi.
7.	یتنج	Yateng'	*Septimus.*	یدنجی	Jedingi.
8.	سکزینج	Sacezong'	*Octavus.*	سکزنجی	Sekhüſingi.
9.	طوقسنج	Tukoſeng'.	*Nonus.*	دقوزنجی	Dokuſingi.
10.	اونج	Onung'.	*Decimus.*	اوننجی	Oningi.
11.	بیرینکزمنج	Birincezmong'.		اونبرنجی	Onbiringi.
12.	چقشاباط	Jakshâbat.			

NOTA. Hæc *nomina* non item Sinica ſunt, ſed *Turcica*. Quatenus verò & in illis *deſcribendis* Ulugbeiges, & in *pronuciandis* Gravius *aberraverint*, è poſtremis columellis, quæ modernam Turcis uſitatam *Numeralium iſtorum* Scripturam & Pronunciationem exhibent, pateſcet.

F. Nomina

F. Nomina ANNORUM SCHAICHUN, ſive *Dodecaëteridis* *Chaldaicæ*, veluti ab *Ignatio* Patriarcha Antiocheno ad *Joſephum Scaligerum* perſcripta ſunt. His addita eſt à *Scaligero Latina* verſio; à *me* verò *Sinica* eorundem *animalium ſigna* ac *nomina*, ut & *Turcica* nomina unius atque alterius beſtiæ, circà quæ *Ulugbeiges* ab *Ignatio* diſſentit.

	Chald.	*Arab.*	*Turc.*	*Perſ.*	*Chat. & Igur.*	*Latin.*	*Sinic.*	*Turc. Ulugb.*
1.	עכברא	فار	صچغان *	موش	زه	*Mus.*	Xù	* كسكو
2.	תורא	بقر	صغر	گاو	چيو	*Taurus.*	Nieû.	ارط
3.	נמרא	نمر	پارس		يم	*Pardus.*	T^c^û: Hù.	
4	ארנבא	ارنب	طوشقان	خرگوش	ماو	*Lepus.*	T^c^ú.	
5.	תנינא	ثعبان	لو	اژدر	چن	*Draco.*	Lûm.	
6.	חויא	حية	ييلان	مار	صو	*Serpens.*	Xĕ.	
7.	סוסיא	فرس	ات	اسب	وو	*Equus.*	Mà.	جوركن
8.	ענא	غنم	1. قوي	3. قويـــن	2. كوسغدن	*Ovis.*	Yâm.	
9.	קופא	قرد	مايمون	مايمون	شن	*Simia.*	Heû.	پيچين
10.	תרנגולא	دجاجة	تاقوق	مرغ	يوو	*Gallina.*	Kī.	
11.	כלבא	كلب	ايت	سگ	نسو	*Canis.*	Keù.	
12.	חזירא	خنزير	طنغوز	خوك	خاي	*Porcus.*	Chū.	

NOT. Pleraque horum nominum in *editionibus librorum Scaligeri de Emendatione temporum* valdè vitiosè ſcripta ſunt à Typographis. Quod & *Salmaſius* obſervavit in *præfat. l. de annis climactericis*. Hic *literas* ad genium cujusque linguæ reſtitutas noverit Lector.

2. Cha-

curiosè eam tradit, & accuratissimè æræ Mohammedicæ alligat. *vid.p.50. & infrà.* Jamque *Ulugbeigus* plenissimè *Chataicam Chronologicam* tractat. *Chataji* verò secundùm *Traditionem* ejus sic procedunt.

1. *Diem* nempe *naturalem* (τὸ νυχθήμερον) à media nocte in mediam noctem putant, & à Ceh quinto Jagi primi; *Annum* verò à 15.gradu Aquarii incipiunt.

2. Porrò diem naturalem in *XII.horas* dividunt, quas *JAGOS* vocant; nos *Biboria*.

3. Horam dividunt in 8. partes, quas *CEHOS* vocant, nos *scrupula horaria*.

4. Diem in 10000. quoque particulas secant, quas *FENACOS* vocant; nos *scrupula diaria*.

5. Dividunt præterea *annum Tropicum* in XXIV. partes.

6. Attamen & *XII. Menses* numerant.

7. Agnoscunt & *Mensem Embolimæum*.

8. *Periodi* Chataicæ sunt:

1. Cyclus *denus*.

2. Cyclus *duodenus*, Jagorum, dierum, annorum, ut & *Electivus*.

3. Ex cyclo annorum deno & duodeno composito emergit *Cyclus sexagenus*.

4. Ille *triplus* est Primus *Shanec ven* dicitur, alter *Chunec ven*, tertius *Cha ven*.

5. *Vennus* 10000, millia annorum complectitur.

9. Dodecaëteridem porrò *animalium nominibus* insigniunt.

10. Accedit *Synchronismus*. 1. Cyclus enim primus sexagenus cepit anno Hegiræ 847. die 8. mensis Sjewal, feriâ tertiâ.

2. Annus decimus Quei yeù fluebat anno 642. Jesdegirdi, Nassiroddinô teste.

11. A creatione mundi ad tempus prædictum Hegiræ elapsi sunt 9860. anni, de Vennô 8864.

12. Anni sunt veri solares à loco ☉ in Zodiaco ad eundem.

13. Quantitas *anni*, dies 365. Fen. 2436. *Partis* vicesimæ quartæ, d. 15. Fen. $2184\frac{5}{8}$.

Et huc spectat, quod *Curtius VIII.* de *Indis* habet. *Eos nempe menses in quinos denos dies descripsisse, ac plena anni spatia servaße.*

Et jam tota *Chatajorum* Chronologia eadem, quæ Sinensium. *Nomina* namque *temporum* penè omnia planè Sinica sunt, ut infrà *ex Glossario Chataico* patebit.

Divisiones etiam & *initia* & *quantitates* temporum conveniunt.

Ac tandem *Synchronismi*. e.g. (1.) anno Christi 1654. obtinebat ap. Sinas annus Cycli sexageni tricesimus primus, qui *Kià ù* dicitur. Ita Martinius Golio retulerat, antequàm exempla illa, quæ ex Ulugbeige & Nassirod-

siroddino & hic adducta sunt, obser vasset. Annis 1654. demas annos 1273. (huic enim anno respondet annus Jesdagirdicus 642.) & productũ 381. per sexagenarium dividas, residuum erit 21. subtractis 21. de 31. (*Kià ù*) habebis 10. (*Quei yeù*) ut suprà. Sic (2.) collatis annis 1654. & 1444. (qui ann. Hegiræ 847. respondet) demtoq; numero minore à majore, habebis 210. iis divisis per 60. emergent 30. subtractisq; 30. à 31. (*Kià ù*) habebis unitatem, quæ primum cycli sexageni annum, *Kià çù* dictum denotat.

Huc item spectat, quod *Hebræus* quidam *Sinicus Riccio* responderet, *Messiam* quidem suum venturum esse, sed post annos demum *decies mille*.

Ita *Vennis* quidem, hoc est, decies mille annorum Periodis mundi tempora describere satagunt *Sinæ*. Sed si rem rectè pensites, vix IV cIↃ IↃc annorum Historiam producere in medium queunt, qui omnium temporum, suæ quidem gentis, Acta penes se esse gloriantur. *v. Kirch. Oedip. III.* *Fobi* namque primus ille *Sinarum* imperator, quasi circa annum ante Christum 2952. demùm regnâsse, ex Annalibus eorum colligitur. Ponamus ergò *Diluvium Noachicum* universale non fuisse, ergòne Fohius initia *Hebraicæ Chronologiæ* attigit? Minimè. Vixisset, si *Sinarum* sequamur computum, *sexcentesimo* quidem *quinquagesimo primo ante Diluvium* anno; sed *millesimo & amplius* post mundi creationem. Quid si sub *Fobii* & sequentium sex regum nominibus *Patriarchæ* Hebræorum lateant? Certè *Hornius Arc. Noæ. p. 13.* non adeò absurdè tale quid conjicit. Vultq; *Fobium*, *Adamum*; *Xinnungum*, *Cainum*; *Hoangtium*, *Hanochum*; *Yaum*, *Noam* fuisse. Ego verò, si quid conjecturæ subsit, Fohium pro Noacho haberem, & Adamum * *Puoncuum* dicerem. Ita enim *Sinæ primum* vocant *hominem*. Deinde & hoc notandum est, quòd *ipsis adeò Sinis temporum suorum initia suspecta sint*, cujus *Martinius* testis est, *Hist. Sin. p. 3.* Cumque, *si tempora retrò putentur, Sinarum computus cum Rusico* ferè conveniat, utrumq; quidem *Hebraicô* cedere debere arbitror, sed nec *Sinicum fundamentô* aliquo carere puto. Fortè *Vennus* ille, qui anno Christi 1583. finiebat, sic se habuit, uti Periodus Juliana, quæ annos mundi latè excurrit. *Priores*, quos numerant, *Venni* procul dubiò conficti sunt. Tandem observari velim, quod *Joseph. Scaliger* haud rectè *Sinensium Epocham* mente conceperit, quatenus *in de Emend. Temp. annum Christi 1594.* cum anno 88073. *Sinarum* connectit. Est enim annus *undecimus Venni 8863.* adeoque (si annos plenè numerare velimus secundùm Sinas) annus 88640011mus.

* Sin.

CONNUBIA. De Catheorum

Con-

Connubiis Strabo ex aliis refert: eos mutuis electionibus matrimonium contrahere. *lin. 14.* Sic & *Diod. Sic. XIX.* & *Curt. VIII.* Quod tamen inter Sinas minimè receptum est, quippe ubi nudis parentum consiliis, irrequisito ferè filiorum consensu, connubia fiunt. *Ita Neuhof. B. II. p. 280. pm.* Martinius verò: *Inter contrahentes*, inquit, *nullus aspectus mutuus, nulla colloquia, publiciq; contractus. Utrorumq; Parentes per Procuratores suos matrimonium instituunt.*

CONVICTUS. Chatajos, cum comedunt, humi sedere, *Vartomanni* observatio est. Sed cum quâ non concordat, quod *Neuhof. P. II. cap. 4. pag. 263. a.* refert. Nec *bacillorum mensalium* Sinicorum in Historia Chataica mentio fit aliqua.

CORPORIS HABITUDO. Quod si porrò Chatajorum *communiorem corporis habitudinem* contemplemur, magna eorum Sinarumque similitudo est. Sunt enim Chataji COLORIS albicantis, uti nos. *Cad. 14. Vart. 13.* Sunt *pulcherrimi*, Haytho 20. *Mulieres* verò imprimis *albæ*. Ven. I. 62. Sunt & *NASO parvo*. Venet. I. 62. *Oculisq;* communiter *parvis*. Haytho 21. *Pingues*, Ven. I. 62. Sic & de Sinis Atlas: *Valetudinis*, inquit, *sat firmæ sunt, ac robustæ, duratis vel indè à puero lacertis, colore candido certant alicubi cum Europæis, multiq; conveniunt, si nasum simum, barbam raram, exiles, prominentes & in oblongum deductos oculos, latamq; & ad quadrati magis formam accedentem faciem exceperis. - - Mulieres utplurimùm staturâ minores sunt, at vultu & liberali & eleganti. pag. 5. fin.* Add. *Neuhof. P. II. c. 6.*

EPOCHA. vid. CHRONOLOGIA.

FRUGALITAS. *Frugalitatem* Catheorum, quæ extrà ornatus luxum est, Strabo commendat *lin. 13.* Sed Sinarum convivia valdè sumptuosa esse, recentissimi Scriptores fidem faciunt.

INFANTUM CENSURA. Cathei etiam *infantes* jam *bimestres* sub *censuram formæ* tradunt, ac tunc eos vel *vitâ donant*, vel *interimunt*. Strabo. vel *exponunt*. Ven. Huc fortè trahi possit, Sinarum crudelitas, quâ moti pars *aquâ* infantibus vitam adimit; pars eos *vendit*.

LINGUA. Sed à *Linguâ*, ejusque *Reliquiis* præcipuum ferè argumentum desumi potest. Idque *D. Golius* non *maximi* tantùm facit, aut non *minoris*, quàm quod à *moribus* afferri poterat, sed & *fusè* persequitur. Nam non *Chataica* duntaxat *nomina*, quibus *horas, dies, menses*, majoresque *Periodos; Electiones* item designant, ex *Nasiroddino* recenset; sed & cujusq; *sonum* & *characterem*, uti quidem apud Sinas receptum est,

Marti-

Martinii & *Sinicorum Gloſſariorum* ope adjutus, tradit, ac, ubi opus erat, explicat. Ego, ne quid huic materiæ deſit, & illa, quæ Dom. GOLIUS habet, quantumvis pridem ante lectam commentatiunculam ejus à meipſo quoque obſervata, in honorem ejus *repetam*, & alia, quæ eò ſpectant, *addam*. Sunt ergò, quas hactenus conquirere potui,

GLOSSÆ CHATAICÆ.

I. Termini Chronologici ex *Naſſiroddino, Ulugbeige* & *Ignatio Antiocheno*.

A. Vocabula TEMPORUM communia.

1. Naſſiroddino	*2. Ulugb.*	*3. Grav.*	*4. Char. Sin.*	*5. Pronunc. Sin.*	*6. Signif. Chronolog.*	*7. Signif. appell.*
1.	نكـــو	…ac.[a]	鳳	Fuſn *vel* Fung.	Pars 10000ma. diei naturalis.	*Phœnix.*
2.	كـــه	…[b]	刻	Kĕ.	Pars octava bihorii.	*Sculptura*
3.	چـــاغ	…[c]	札	Chă.	Pars duodecima diei naturalis ſ. BIHORIUM.	*Scriptura.*
4. كـــان	شـــون	…in.[d]	純	Xûn.	Biſſextilis.	*Natura.*
5. ون			干	Cañ.	Radix ſeu cardo temporum.	*Truncus.*
6.		…n.	文	Vên.	Cyclus ſexagenarius.	*Compoſitio.*
7.	شانكون	…inee	文上	Xáng Vên.	Cyclus primus ſexagenarius.	*Compoſit. ſuperior.*
8. چونكون	جونكو ون	…Ven. …ec Ven.	文中	Chúng Vên.	Cyclus ſecundus	*Compoſit. media.*
9.	خاون	…Ven.	文下	Hiá Vên.	Cyclus tertius.	*Compoſit. inferior.*
10.	ون	…V.	萬	Ván.	Periodus annorum XCIↃ.	*Decies mille.*

a. b. c. d. … *prætermiſſæ à* D. Golio. *Fortè &* Naſſiroddino. *Prætereà oportuit* characteres *vocum* Xáng & Hiá *transponere, quas* D. Golius *vel* Typographus *ex errore quodam inverterat.*

Vocabula TEMPORUM *propria*.
B. *Decem* CARDINES.

1. Naßirodd.	*2. Ulugb.*	*3. Grav.*	*4. Char. Sin.*	*5. Pronunc. Sin.*
* 1.	كا	*Ča*	甲	Kia
2. بي—	بي	*Pi*	乙	Yì
3.	بين	*Pin*	丙	Ping
4.	تين	*Tin*	丁	Tiñg
5.	وو	*Vau*	戊	Vû
6.	كي	*Ci*	己	Kì
7.	كن	*Can*	庚	Keñ
8.	سن	*San*	辛	Siñ
9.	زم	*Żem*	壬	Gin
10.	كوي	*Cui*	癸	Queì

NOT. in his Tabellis, *Secunda columella* voces Chataicas exhibet, uti ab *Ulugbeige* relatæ sunt. *Prima* eas, quæ à *Naßiroddino* vel aliter scriptæ fuerunt, vel ab *Ulugbeige* traditæ non sunt. Reliquis utrinq; eodem modo se habentibus. *Tertia* docet, quomodo *Ioh. Gravius* Ulugbeigicas illas, prout potecat, legerit. *Quarta characteres Sinicos* continet, quibus Sinæ voces illas ceu suas designant; *Quinta* pronunciadi rationem iisdem usitatam; *Sexta* significationem Chronologicam; *Septima* appellativam. Sic de ceteris Tabulis habendum est. *Columella vero, quibus opus non erat, omissæ sunt.*

De hujus ac sequentis Tabellæ vocibus *D. Golius p. 6. b.* sic habet: *Leguntur citrà omnem interpretationem, quia per se illis ipsis temporibus significandis inserviunt peculiari instituto & usu. Denotant quidem eadem voces etiam alia, sed quæ nihil faciant ad rem præsentem.* cont. p. 4. b. pr.

C. *Duo-*

C. *Duodecim* HORÆ, quas BIHORIA vocamus.

	1. *Naßirodd.*	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	4. *Char Sin.*	5. *Pronunc. Sin.*	
1.		زه	Żch	子	çù	12.[b]
2.		جيو	J̈iu	丑	[c]cheù	2.
3.		يم	Yem	寅	yìn	4.
4.		ماو	Mau	卯	maò	6.
5.	جن	جين	J̊in	辰	xîn	8.
6.		صر	Siz [a]	巳	sú	10.
7.		وو	Vou	午	ù	12.
8.		وي	Vi	未	vî	2.
9.		شن	Shin	申	xiñ	4.
10.		يو	You	酉	yeù	6.
11.	سيو	شو	Su	戌	sio	8.
12.	حاي	خاي	Chaî	亥	haì	10.

a. Leg * *Su*.

b. Hi numeri *horas* noſtrás notant, à media noćte numerandas.

D. *Viginti quatuor* PARTES ANNI.

	1. Naßirodd.	*2. Ulugb.*	*3. Grav.*	*4. Charact. Sin.*	*5. Pronunc. Sin.*	*7. Significatio appellativa.*
1.		ليچن	Lijan	春立	Lie-chuñ.	*Elevatio veris.*
2.		ووشي	Vushi	水雨	Yù xùi.	*Pluviæ aquæ.*
3.	كيلچه	كيخه	Cichah	蟄驚	Kiñg-che.	*Motus reptilium.*
4.	شونفرند	شونقند	Shunkand	分春	Chuñ-fuén.	*Veris pars.*
5.	شينك مينك	شنكمنك	Shinec-menc	明淸	çiñg-mîng.	*Limpida claritas.*
6.	كوو	كووو	Kuvu	雨穀	Co-yù.	*Frugum pluvia.*
7.		ليخه	Lichah	夏立	Lie-hiá.	*Elevatio æstatis.*
8.	شيومن	سيومن	Siyumen	滿小	Siaò-muòn.	*Parva repletio.*
9.	منحن	منحن	Monhen	種芒	Máng chûn.	*Herbarum semina.*
10.	خاچي	شاچن	Shajan	至夏	Hiá-chí.	*Æstatis statio.*
11.	سهاو شو	شاوشو	Shaushu	暑小	Siaò-xù.	*Parvus calor.*
12.		دايشو	Daïshu	暑大	Tá-xù.	*Magnus calor.*

Viginti quatuor PARTES ANNI.

	1. Naßirodd.	2. Ulugb.	3. Grav.	4. Charact. Sin.	5. Pronunc. Sin.	7. Significatio appellativa.
13.	ليچـوو	ليچـو	Liju	立秋	Lieu-çieū	*Elevatio autumni.*
14.	چيوشو	چيو شيو	Jiushiu	處暑	Chu-xù	*Quies caloris.*
15.	ييلـو	ينلـو	Yanlu	白露	Pe-lú	*Albus ros.*
16.	سيوكن	سيوقـن	Siyukan	秋分	çieū-fuén	*Autumni pars.*
17.	خنلـو	جنلـو	Jonlu	寒露	Hán-lú	*Frigidus ros.*
18.	شونكون	سونكون	Shuncun	霜降	Xoañg-kiáng	*Pruina descens.*
19.	ليتون	ليدون	Linun	立冬	Lie tuñg	*Elevatio hyemis.*
20.	سياوشه	ساوشـه	Savisah	小雪	Siaò sive	*Parva nix.*
21.	دايشه	دايسـه	Daïsah	大雪	Tá sive	*Magna nix.*
22.	دونچي	دويخن	Duïchen	冬至	Tuñg chí	*Hyemis statio.*
23.	شيوخن	سيوخـن	Siyûchen	小寒	Siaò hán	*Parvum frigus.*
24.	دابخن	دابـخن	Dapechen	大寒	Tá hán	*Magnũ frigus.*

E. *Duodecim* MENSES.

E solo Ulugbeige.

	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	7. *Significatio appell.*	8. *Scriptio Turc.*	9. *Lect. Turc.*
* 1.	أرام	Aram.	*Aram.*		
2.	ایکندي	Ikindi.	*Secundus.*	ایکنجي	Ickingi.
3.	اوچونج	Ojung'	*Tertius.*	اوچنجي	Utſchingi.
4.	تورتونج	Turtong'	*Quartus.*	دردنجي	Durdingi.
5.	بیشنج	Bisheng'	*Quintus.*	بشنجي	Beſchingi.
6.	التنج	Alteng'	*Sextus.*	آلتنجي	Altingi.
7.	یتنج	Yateng'	*Septimus.*	یدنجي	Jedingi.
8.	سکزینج	Sacezong'	*Octavus.*	سکزنجي	Sekhüſingi.
9.	طوقسنج	Tukoſeng'.	*Nonus.*	طقوزنجي	Dokuſingi.
10.	اونج	Onung'.	*Decimus.*	اوننجي	Oningi.
11.	بیرینکرمنج	Birincezmong'.		اونبرنجي	Onbiringi.
12.	جقشاباط	Jakshâbat.			

NOTA. Hæc *nomina* non item Sinica ſunt, ſed *Turcica*. Quatenus verò & in illis *deſcribendis* Ulugbeiges, & in *pronunciandis* Gravius *aberraverint*, è poſtremis columellis, quæ modernam Turcis uſitatam *Numeralium iſtorum* Scripturam & Pronunciationem exhibent, pateſcet.

F. Nomina

F. Nomina ANNORUM SCHAICHUN, ſive *Dodecaëteridis Chaldaicæ*, veluti ab *Ignatio* Patriarcha Antiocheno ad *Joſephum Scaligerum* perſcripta ſunt.

His addita eſt à *Scaligero Latina* verſio; à *me* verò *Sinica* eorundem *animalium ſigna* ac *nomina*, ut & *Turcica* nomina unius atque alterius beſtiæ, circà quæ *Ulugbeiges* ab *Ignatio* diſſentit.

	Chald.	*Arab.*	*Turc.*	*Perſ.*	*Chat. & Igur.*	*Latin.*	*Sinic.*	*Turc. Ulugb.*
1.	עכברא	فار	صچان *	موش	زة	*Mus.*	Xù	كسكو*
2.	תורא	بقر	صغر	كاو	چبو	*Taurus.*	Nieû.	اوط
3.	נמרא	نمر	بارس		بم	*Pardus.*	Tû: Hù.	
4	ארנבא	ارنب	طوشقان	خرگوش	ماو	*Lepus.*	Tú.	
5.	תנינא	ثعبان	لو	ازن	چن	*Draco.*	Lûm.	
6.	חויא	حية	ييلان	مار	صو	*Serpens.*	Xĕ.	
7.	סוסיא	فرس	ات	اسب	وو	*Equus.*	Mà.	جوزكن
8.	ענא	غنم	1. قوي	3. قوين	2. كوسغدن	*Ovis.*	Yām.	
9.	קופא	قرد	مايمون	مايمون	شن	*Simia.*	Heû,	بيچين
10.	תרנגולא	دجاجة	تاقوق	مرغ	تو	*Gallina.*	Kī.	
11.	כלבא	كلب	ايت	سگ	نو	*Canis.*	Keù.	
12.	חזירא	خنزير	طنغوز	خوك	خاي	*Porcus.*	Chū.	

NOT. Pleraque horum nominum in *editionibus librorum Scaligeri de Emendatione temporum* valdè vitiosè ſcripta ſunt à Typographis. Quod & *Salmaſius* obſervavit in *præfat. l de annis climactericus.* Hic *literas* ad genium cujusque linguæ reſtitutas noverit Lector.

2. *Cha-*

G. *Duodecim* DIES Cycli Electivi.

	1. *Naßirodd.*	2. *Ulugb.*	3. *Grav.*	4. *Char. Sin.*	5. *Pronunc. Sin.*	7. *Significatio appell.*
1.		كن	Ken	建	Kién.	*Elevare.*
2.	چو	جيو	Jiu	除	Chû	*Partiri.*
3.		من	Man	滿	Muón	*Replere.*
4.		پن	Pen	平	Pîng	*Æquare.*
5.		تن	Tan	定	Tíng	*Stabilire.*
6.	حد	جه	Jeh	執	Chĕ	*Servire.*
7.		پو	Pu	破	Pŏ	*Frangere.*
8.		وي	Vi	危	Vî	*Periclitari.*
9.	چن	جين	Jin	成	Ching	*Perficere.*
10.		شيو	Shiu	收	Xéu	*Recipere.*
11.	خاي	خايي	Chaï	開	Cai	*Aperire.*
12.		بي	Pi.	閉	Pí	*Claudere.*

H. Quatuor JUDICIA Cycli Diarii Electivi.

2. *Ulugbeig.*	3. *Grav.*	4. *Char. Sin.*	5. *Pron. Sin.*	6. *Significatio Astrologica* : DIES	7. *Signif. appell.*
1. خي *	Chai.	黑	Hě.	Ferè infausti, nempe 1. 3. 4. 10.	*Niger.*
2. خونك	Chunec.	皇	Hoâng.	Ferè fausti, 2. 5. 6. 8.	*Flavus.*
3. په	Yeh. *	白	Pě.	Felicissimi. 9. 11.	*Candidꝰ.*
4 هوع	Hûn.	昏	Hoẽn.	Infelicissimi. 7. 12.	*Furvus.*

* *Leg.* Peh.

De his quatuor Glossis *D. Golius addit. p. 6. a. med.* scorsim scribit: *Certo certius est, easdem hasce VOCES non minus quàm earundem charactères - - - sua origine prorsus Sinicas esse, quibus isti colores denotantur. De ultima duntaxat, an illa, & quæ alia sit hoc usu recepta, dubitari possit. Nam super eâ peritissimum Virum consulere, per incuriam supersedi.* Sic & ego aliquando putabam, non *Hoeñ* legendum esse, sed * *Hung*, quod colorem *rubrum* significat; Proq; voce * *Agber*, Sin.
per quam Ulugbeiges Sinicam illam Hoeñ interpretatur, * *Ahmer* ab ipso Ar. Ar.
scriptum fuisse. *Ahmer* verò *rubrum*; *Agber pulvereum* colorem significat. Nunc nihil tamen ambigo, quin rectè omnia sese habeant. De *Judiciis colorum* inferiùs fortassis agam.

I. Annorum CYCLI SEXAGENARII

Vocabula.

	1. *Ulugb.*	2. *Grav.*	4. *Charact. Sin.*	5. *Pronunciatio Sinic.*
1.	كا زه	Ca Żeh	子 甲	Kia-çù.
2.	پي چيو	Pi Jiu	丑 乙	Yi-cheù.
3.	پين يم	Pin Yem	寅 丙	Pìng-yìn.
4.	تين ماو	Tin Mau.	卯 丁	Tiñg-maò.
5.	وو جن	Vau Jin	辰 戊	Uû-xîn.
6.	كي سز	Ci Siz	巳 己	Kì-sú.
7.	كن وو	Can Vou	午 庚	Keñ-ù.
8.	سن وي	San Vi	未 辛	Siñ-uí
9.	زم شن	Żem Shin	申 壬	Gín-xîn.
10.	كوي يوو	Cui You	酉 癸	Queì-yeù.
11.	كاسو	Ca Su	戌 甲	Kia-Sio.
12.	پي خاي	Pi Chaï	亥 乙	Yì-Haj.

Annorum CYCLI SEXAGENARII

Vocabula.

	1. Ulugbeig.	2. Grav.	3. Charact. Sinic.	4. Pronunciatio Sinic.
13	پين زه	Pin Zch.	丙子	P'ng-çù'.
14	تين جيو	Tin Jiu.	丁丑	Tiñg-Cheù.
15	وو يو	Vau Yem.	戊寅	Vû-Yin.
16	كي ماو	Ci Mau.	己卯	Kì-Maò.
17	كن جن	Gan Jin.	庚辰	Keñ-Xin.
18	سن صر	San Siz.	辛巳	Siñ-Sú'.
19	زم وو	Zem Vou.	壬午	Gín-ù.
20	كوي وي	Cui Vi.	癸未	Queì-Uì.
21	كا شن	Ca Shin.	甲申	Kiă-Xĭn.
22	پي يوو	Pi You.	乙酉	Yì-Yeù.
23	پين سو	Pin Su.	丙戌	Pìng-Siŏ.
24.	تين خاي	Tin Chai.	丁亥	Tiñg-Haì.

I. Annorum CYCLI SEXAGENARII
Vocabula.

	1. Ulugb.	2. Grav.	4. Charact. Sin.	5. Pronunciatio Sinic.
25.	وو زه	Vau Żeh.	戊子	Vû-çù'.
26.	كي جيو	Ci Jiu.	己丑	Kì-Cheù.
27.	كن يم	Can Yem.	庚寅	Keñ-Yin.
28.	سن ماو	San Mau.	辛卯	Siñ-Maò.
29.	زم جن	Żem Jin.	壬辰	Gín-Xîn.
30.	كوي سز	Cui Siz.	癸巳	Queì-Sú'.
31.	كا وو	Ca Vou.	甲午	Kia-ù.
32.	بي وي	Pi Vi.	乙未	Yì-Vi.
33.	بين شن	Pin Shin.	丙申	Pìng-Xîn.
34.	تين يو	Tin You.	丁酉	Tiñg-Yeù.
35.	وو سو	Vau Su.	戊戌	Vû-Siò.
36.	كي خاي	Ci Chaï.	己亥	Kì-Haî.

Annorum CYCLI SEXAGENARII Vocabula.

	1. Ulugbeig.	2. Grav.	3. Charact. Sinic.	4. Pronunciatio Sinic.
37.	کسن زه	Can Żeh	庚子	Keñ çù.
38.	سن چیو	San Jiu	辛丑	Siñ-cheù.
39.	زم یم	Żem Yem	壬寅	Gín-yìn.
40	کوي ماو	Cui Mau.	癸卯	Quei-maò.
41.	کا چن	Ca Jin	甲辰	Kia-xîn.
42.	بي سز	Pi Siz	乙巳	Yì-sú.
43.	بین وو	Pin Vou	丙午	Piñg-ù.
44	تین وي	Tin Vi	丁未	Tiñg-vî
45.	وو شن	Vau Shin	戊申	Vû-xîn.
46	کي یوو	Ci You	己酉	Kì-yeù.
47	کن سو	Can Su	庚戌	Keñ-Sio.
48	شن خاي	San Chaï	辛亥	Siñ-Hai.

Annorum CYCLI SEXAGENARII Vocabula.

1. Ulugbeig.		2. Grav.	3. Charact. Sin.	4. Pronunciatio Sinic.
49	ژم زه	Żem Zeh.	壬子	Gin-Sù.
50	كوي جيو	Cui Ĵiu.	癸丑	Quei Cheù.
51	كا يم	Ca Yem.	甲寅	Kia-Yin.
52	بي ماو	Pi Mau.	乙卯	Yì Maò.
53	بين جين	Pin Ĵin.	丙辰	Ping Xîn.
54	تين سز	Tin Siz.	丁巳	Tiñg-Sù.
55	وو وو	Vau Vou.	戊午	Vû-ù.
56	كي وي	Ci Vi.	己未	Kì Uî.
57	كن شن	Can Shin.	庚申	Keû-Xîn.
58	سن يو	San Yu.	辛酉	Siñ-Yeù.
59	ژم سو	Żem Su.	壬戌	Gín-Sio.
60	كي خاي	Cui Chaï.	癸亥	Queì-Haì.

II. Alia

II. Alia ex Autoribus quibusvis aliis.

Calampat. Aloës genus præstantissimum.

Ludovicus Vartomannus, quum, ubi hæc Aloë proveniret, designare vellet, *regna Catay, urbemq; Sarnau* primô locô ponebat. Ideoq; vox ista *Calampat* in *Chataicis* haberi possit, & à Sinis quidem *Calamba* dicitur, sed vox peregrina est.

Cambalu. Civitas Domini.

Ita *Venetus* II. 10. Quâ Linguâ hoc significet, adeò non ponit. *Chataicam* tamen indigetari putare quis possit, quia Chatajæ civitas est, quæ *Cambalu* dicitur. Sed reverà *Tatarica* est, *ut in Indice Glossario ad M. P. Venetum satis superq; dixi.*

Cha. Plantæ nomen.

Hæc secundùm nostram quidem pronunciandi rationem TSCHA appellatur. Alii verò CHA, CIA, TZIA, TSIA scribunt. Sonus tamen idem est. Res ipsa ab Arabibus, Per-
Ar. sis, Turcisque, addita voce gentilitia * *Cha Chataicum* dicitur. *v. de Musco p. 66. b.* Sed vox Sinica est. Sinisque
Sin. frutex ipse etiam * *The* dicitur. Is maximè crescit ad *octavam quintæ*, ad *primam septimæ*, & ad *nonam ac decimam quartam nonæ*, itemque in *Suchuena* alicubi.

Delbergin. Scriptura Chataica.

Chatajorum Scripturam *Delbergin* vocari, Ahmed Arabsjades autor est. Quam vocem Sinicam haud esse, mox infrà *pag. 72. b.* indico.

Maberbin. Gjedvar.

Non sine magnô errore *Zurumbedam* & *Zedoariam* pro eadem herba habitam esse, *Autores Historiæ universalis Plantarum* tradunt, *Tom. II. p. 42. b.* Estque Zedoria, quam falsò vocamus, nonnisi *Zurumbeda Avicennæ*, ac *Ægyptiorum* ZOPOBOTIN. *Vera* autem *Zedoaria*, quæ * *Zedvar* Al.
& * *Gjedvar* ab Avicenna vocatur, Ar. triplo præstantior est. *Vid. Avicenn. libr. II. tr. II. c. 745. & 754. vel Arab. ed. I. 155. 30. 166. 34.* ubi tradit: *si Zedoaria in promtu non sit, triplum Zurumbedæ recipiendum esse. conf. Garziam ab Orto I. 42. Clus. Auctar. 157. Hist. Plant. univers. Tom. II. lib. XIX. cap. 20. p. 741. b. f. 743. a. pr.* Intereà promiscuè nonnunquam usurpātur voces istæ ζαδουάρια, ζάδωαρ, ζάδωρ, ceteræque ap. *Aëtium, Actuarium & alios. Vid. Addenda.*

Madian. Area.

Extat apud *Josephum Barbarum* narratio quædam de Chataja, cujus ei Legatus quidam Tartaricus autor erat. Hic ergò Josepho referebat, se die quadam in *Madian*, quod *aream* apud eos (Chatajos putans, uti verborum ordo subinnuere videtur, significet,) fuisse ac vidisse hominem, qui

ferro

Annorum CYCLI SEXAGENARII
Vocabula.

	1. *Ulugbeig.*	2. *Grav.*	3. *Charact. Sin.*	4. *Pronunciatio Sinic.*
49	ژم ژه	Żem Zeh.	壬子	Gin-Sù·
50	كوي جيو	Cui Jiu.	癸丑	Quei Cheù.
51	كا يم	Ca Yem.	甲寅	Kia-Yin.
52	بي ماو	Pi Mau.	乙卯	Yì Maò.
53	بين جين	Pin Jin.	丙辰	Ping Xîn.
54	تين سز	Tin Siz.	丁巳	Tiñg-Sù·.
55	وو وو	Vau Vou.	戊午	Vû-ù.
56	كي وي	Ci Vi.	己未	Kì Uî.
57	كن شن	Can Shin.	庚申	Keū-Xīn.
58	سن يوو	San Yu.	辛酉	Siñ-Yeù.
55	ژم سو	Żem Su.	壬戌	Gín-Sio.
60	كوي خاي	Cui Chaï.	癸亥	Queì Hai.

II. Alia

II. Alia ex Autoribus quibusvis aliis.

Calampat. Aloës genus præstantissimum.

Ludovicus Vartomannus, quum, ubi hæc Aloë proveniret, designare vellet, *regna Catay, urbemq; Sarnau* primô locô ponebat. Ideoq; vox ista *Calampat* in *Chataicis* haberi possit, & à Sinis quidem *Calamba* dicitur, sed vox peregrina est.

Cambalu. Civitas Domini.

Ita *Venetus* II. 10. Quâ Linguâ hoc significet, adeò non ponit. *Chataicam* tamen indigetari putare quis possit, quia Chatajæ civitas est, quæ *Cambalu* dicitur. Sed reverà *Tatarica* est, *ut in Indice Gloßario ad M. P. Venetum satis superq; dixi.*

Cha. Plantæ nomen.

Hæc secundùm nostram quidem pronunciandi rationem TSCHA appellatur. Alii verò CHA, CIA, TZIA, TSIA scribunt. Sonus tamen idem est. Res ipsa ab Arabibus, Per-
Ar. sis, Turcisque, addita voce gentilitia * *Cha Chataicum* dicitur. *v. de Musco p. 66. b.* Sed vox Sinica est. Sinisque
Sin. frutex ipse etiam * *The* dicitur. Is maximè crescit ad *octavam quintæ*, ad *primam septimæ*, & ad *nonam ac decimam quartam nonæ*, itemque in *Suchuena* alicubi.

Delbergin. Scriptura Chataica.

Chatajorum Scripturam *Delbergin* vocari, Ahmed Arabsjades autor est. Quam vocem Sinicam haud esse, mox infrà *pag. 72. b.* indico.

Maberbin. Gjedvar.

Non sine magnô errore *Zurumbedam* & *Zedoariam* pro eadem herba habitam esse, *Autores Historiæ universalis Plantarum* tradunt, *Tom. II. p. 42. b.* Estque Zedoria, quam falsò vocamus, nonnisi *Zurumbeda Avicennæ*, ac *Ægyptiorum* ZOPOBOTIN. *Vera* autem *Zedoaria*, quæ * *Zedvar* Ar.
& * *Gjedvar* ab Avicenna vocatur, Ar.
triplo præstantior est. *Vid. Avicenn. libr. II. tr. II. c. 745. & 754. vel Arab. ed. I. 155. 30. 166. 34.* ubi tradit: *si Zedoaria in promtu non sit, triplum Zurumbedæ recipiendum eße. conf. Garziam ab Orto I. 42. Clus. Auctar. 157. Hist. Plant. univers. Tom. II. lib. XIX. cap. 20. p. 741. b. f. 743. a. pr.* Intereà promiscuè nonnunquam usurpâtur voces istæ ζαδουάρια, ζάδουαρ, ζάδουρ, ceteræque ap. *Aëtium, Actuarium & alios. Vid. Addenda.*

Madian. Area.

Extat apud *Josephum Barbarum* narratio quædam de Chataja, cujus ei Legatus quidam Tartaricus autor erat. Hic ergò Josepho referebat, se die quadam in *Madian*, quod *aream* apud eos (Chatajos putans, uti verborum ordo subinnuere videtur, significet,) fuisse ac vidisse hominem, qui ferro

ferrô in obliquum diſſectus ſit, quòd fœminæ cuidam invitæ lac, quod capite gerebat, eripuiſſet ac bibiſſet. Similem *Hiſtoriam* de Tamerlane narrat *Arabsjades*. Nunc de *voce* MADIAN tantùm ago. Nihil dubitans, quin MAIDAN legendum ſit, veluti ab eôdem autore ſuperiùs ſcriptum eſt. *Maidan* verò nec *Sinica* nec *Chataica* dictio eſt, ſed planè *Turcica* ac *Tartarica*; originis verò,
Ar. ut videtur, *Arabica*. Significat autem * *Hippodromum*, nec rarò *forum*.

Schaicbun. Dodecaëteris.

Joſephus Scaliger, cùm in *ſecundo de Emendatione Temporum* Chaldaicæ Dodecaëteridis, quæ *duodecim annorum Periodus* eſt, è *Cenſorino* meminiſſet, mox ſuperaddit, iſtam etiamnum retineri *à Chaldæis, Perſis, Sinis, Indis, Chatajis, Turcis, Syris, Arabibus, Tartaris*, eandemq; שיכון *Schaichun* vocari. Quorum *lingua?* non addit. Quid ſi dicamus Dodecaëteriadem Sin. *Chaebun* dici, hoc eſt, *duodecimum ver?* Sicuti tot *æſtates* aliquando dicimus, quot *annos* numerare volumus; Turcæq; tot *Neuruzos* vixiſſe ſe dicunt, hoc eſt, Kalendas anniverſarias, quot *annos* nati ſunt.

Temgag. Chataja, vel *Rex Chatajæ.*

D. Golii de hâc voce Conjecturam jam *ſuprà p. 3. b. m.* tetigi. Ego ve-
Ar. rò nihil dubito, quin * *Taming* legendum ſit. *Mirchondus* etiam diſertè tradit, Chataicos Reges aliquando *Altunchanos*; Pòſt *Daimingos* dictos fuiſſe. De *Altunchanis* jam ſupra dictum. *Daiming, Taiming* & *Taming* idem eſt. Vox autem *Sinica* eſt, & ſignificat *magnam claritatem* ſeu *majeſtatem*. * *Tá* Sinicè ma- Sin.
gnum eſt. Perſæ *Da* & *Dai* ſcribunt, ut ex Gloſſis Chronologicis patet. * *Ming*, claritas. *Ta ming* autem vo- Sin.
cari volebat, & vocata eſt *Hungui* familia, cum Tartari Sinis ejecti eſſent, & *Ivena* Tartarica Sinenſium Imperatorum familia deſineret. *Mirchondus* verò Taimingarum ætate floruit, ſcripſitque.

Tencu. Nomen Regis Chatajæ & Chotenæ.

Ita *Kaſim Kaſchanus*, Perſa, in *Gloſſario* ſuo. vid. *pag. 1. b.* Iſtud *Tencu* procul dubio Imperatorius Monarchæ Sinici Titulus eſt. Eſt is * Sin.
Tiençu. Quod eſt COELI, vel & DEI *Filius. Trigaut.* Ita verò primus appellatus eſt FOHI, rex circa annum ante Chriſti nativitatem 2950 mum. Eoque titulo in ipſa captivitate ſuperbiebat Imperator Sinicus, qnem *Tamerlanes* ſubigebat, quique Alhacenti interprete teſte, *Solis Filius, Dominusq; totius orbis* appellari volebat. Vocibus, *Dominus totius orbis*, vox * *Ho-* Sin.
angti exprimitur; Illis verò, *Solis Filius*, hæc ipſa vox TIENÇU.

MER-

MERCATURA. Sunt item Chataji *Mercatores*. Venet. I. 62. II. 28. Mercatum quoque *Bangellam* proficiſcuntur. Vart. 1. *Calecutum*. Cadam. 13. 21. hoc eſt, in *Indiam*. Jov. 8. perque Sinarum regionem in *Melacham* & *Auream Cherſoneſum*. Jov. 9. 10. De Sinis *Neuboſius* quidem refert, *eis citrà conſenſum Imperatoris extrà imperii ditiones mercatum proficiſci nō licere*, *P. I. cap. I. p. m. 243. a.* Alii tamen memorant, Sinas paſſim extrà Sinas à ſe viſos eſſe. *vid. Mandelslo Itiner. II. 8. & III. p. 213. ubi de Philippinis.*

OPES. Pollent & *opibus* Cathei, iisque *pretioſis*. Carp. 4. Haytho 2. 58. Vart. 40. Pollent & Sinæ omnium calculo.

ORNATUS ſtudium. Ceterùm *Ornatus colorisq́;* ſtudioſisſimi ſunt Chatéi, iisq; vel *nimiā dant operam*. Strabo 5. 13. Sunt & *pulchritudinis canum ac equorum amantisſimi*. Id.

Sic & Sinæ *colores* magnifaciunt. Quodque nos *veneres* dicimus, hoc illi *colores*.

PEREGRINORUM Reſpectus. *Peregrinos* Chataji *haud facilè admittunt*. Busbeq. 23. 34. *diemq́; admisſis, quo exeant iterum, ſtatuunt.* Id 37. Hoc ſtrictè olim à Sinis obſervatum. Tandem à rigore valdè remisſum eſt.

POTUS. Potum Chataji *ex oryzâ* conficiunt. Carp. Ven. II. 25. Sic & Sinæ. Inventa eſt hæc *braxandi* ratio ab Ilico quodam, Sinâ, ſed ideò extorre. *Vinum* verò vocant cereviſiam hanc ſive Birium. Eſtque *vino ſæpè præſtantior*, Ven. ib. *vid. Ind. M. P. Veneti.*

PULCHRITUDO. v. COLOR. ORNATUS. REX.

RELIGIO. Religio Chatajorum *nec Judaica eſt, nec Chriſtiana, nec Mohammedica*. Busbeq. 44. adeoq; *Idololatrica*. Haytho 25. *Judaica* tamen, *exceptis ceremoniis, propior*. Busbeq. Sed vivunt inter hos *Idololatras* etiam MAURI. Xav. 16. hoc eſt, *Mohammedani*. Ven. I. 62. & *Judei*. Xav. ſed & *Chriſtiani*. Cadam. 13. attamen *Neſtoriani*. Ven. I. Ii verò *ſub proprio* ſunt *Patriarchâ, qui à Patriarchâ Armeno conſtituitur*. Cadam. 3. *Chriſtianiſmo & Principes*, qui *ſub magno Chamo* ſunt, non pauci dediti ſunt. Vart. 8. Imò *Rex & ſubditi propè omnes Chriſtiani* ſunt. XVI. 15. ac confitentur *Deum* eſſe *trinum. Baptizantur veluti nos.* Dependent *à teſtimoniis Apoſtolorum & Evangeliſtarum. Quadrageſimam obſervant. Celebrant Servatoris ortum & occaſum, Sanctorumq́; feſta* quædam, Vart. 14. Tamerlanis ætate etiam Chataji magnam partem *Gingiſchaniſmo* dediti erant. Arabsj 403. 14. hoc eſt, interpolato Mohammediſmo. *Idololatræ* & ipſi in *varias* diviſi ſunt *Sectas*. Haytho,

De Religione Sinensium multi multa. *Vid. Mart. Atl. p. 6. & Hist. Sin. p. 117. Kirch. Chin. Ill. P. III. c. 1. Spizel. de re lit. Sinens. 110.* Summa est: vel *trecentas* inter Sinas vigere *Sectas*; attamen *tres palmarias* esse. Sin. Ex * *Sankiao* dicuntur, quod est: *tria* Sin. *dogmata*. Ex his primaria * *Jukiao* dicitur, hoc est *Literatorum*; altera Sin. * *Xekiao*, hoc est, *Bonziorum*; se- Sin. quior illa * *Taokiao*, hoc est *Medicorum*. Primam *Philosophicam* vocat Martinius; alteram *Idololatricam*, tertiam *Epicuream*. Miror, *sectas* dici, quas τάξεις vocamus, &, ut inter nos loqui solemus, *Hierarchias*. Et possent *secta* dici, sed non *Theologorum*, (ut sic loquar.) Est enim primus ordo *Politicorum*, quos & *Mandarinos* vocant; Secundus *Theologorum*, uti quidem illi sunt; tertius *Physicorum*. Hoc ex vulgato Sinarum Sin. proverbio liquet. Quod est: * *Ju chi que, Tau chi xin, xe chi sin.* Anglicè: *the litterati governe the kingdom, the Thausi governe the body, and the Bonzi governe the heart. Alv. Samed. c. 18.* Neque tamen omninò repugnabo *sectas* dici, imò & ipse sic appellaverim, quatenus suis quique principiis insistunt. *Literati Atheismi, Bonzii Metempsychoseos, Reliqui nugacis Immortalitatis.* Intereà sese invicem, etiam citrà legem, tolerant. Sin. Hinc illud Proverbium: * *San kiao, ye mo.* Anglicè: *the doctrines are three, but the raison of them is but one.*

Ceterùm secta, quam *Xekiao* vocant, aliàs & *Sciequia* dicta est & *Xaca*; Japonicè *Sciacca*, quæ idem sunt. Prætereà *Foekiao*. *Xe* crucem notat; *Fo* Jovem. *Kiao*, doctrinam. Ideoq; ferè fecerim cum iis, qui putant, sectam hanc à *Christianis* plantatam, à Sinis interpolatam esse. Xacam etiam, Philosophum Indum, anno post Christum natum sexagesimo quinto, mense decimo, Sinas intrâsse, atque inter alia tres Deos, qui in unum coalescerent, prædicâsse, Sinarum historiæ perhibentur testari. Sed de *Christianismi* in Sinis statu, in de Marmore Sinico, si Deus volet, nonnihil dicam. Judæi verò, Turcæq; vel Mohammedani à Societatis Jesu Patribus non pauci ibidem inventi esse leguntur.

REX. In *regibus eligendis Pulcherrimi ratio habetur* inter Chatajos. Strabo 6. *Electio Regum* exoleta quidem est apud Sinas. Valuit ea temporibus antiquissimis. Sed inde ab YUO Imperatore, qui circa 2207. ante Christum annum vixit, alii hæreditario jure, alii deficiente unâ atq; alterâ Dynastiâ, vel per invasionem, vel per electionem regnum possiderunt. Intereà *Pulcherrini* vocabulô communis fortè imperatorum titulus respicitur. Est is * HOANGTI. Id nominis verò *Flavissimum terræ* significat, quasi dicas *elegantissimum*. *vid. Gloss. Sacr. p. 57.* Sin.

Re-

Regum Historia. Regum Chatajæ subinde quidem ab Historicis mentio fit aliqua. Rarissimè verò, vel vix alicubi, *nomina Personarum propria* adjiciuntur. Duo nempe sunt, quæ quasi propria habentur, attamen vix sunt. *Sopithes* videlicet & *Altunchan.* Sed enarrabo jam nomina illa, quibuscunque Chatajæ reges designatos inveni.

I. SOPITHES. Hujus *Strabo* meminit in XVII. Ibi Σωπείθης dicitur. Uti & apud *Diodorum Siculum IV. 91* & *Arrianum VI. 1. 7. Curtius* verò SOPHITEN vocat. Estque levis isthæc nominis immutatio vel ab ipso, vel a Critico quodam. Fortè & respectu vocabuli σοφίας, quod est, *Sapientia*, facta est. Maximè, quoniam *Sapientiam Gentis* illius mox comendat autor. Quâ autē ratione Hebræi quoque æquè ac Græci peregrina nomina linguarum suarum genio accommodare soleant, in *Glossario Sacro* dixi. Levis itaque Historicorum *discrepantia* circa *nomen* hujus Regis est; Gravior circa *Gentem*, cujus Rex fuit. Strabo namq; *Catheorum* regem fuisse asserit. Diodorus gentis, quæ ultrà Cathæos habitaverit. Sic & Arrianus. Curtius nullius adeò gentis meminit. Ceterùm *Georgius Hornius* mira de Sopithis nomine tradit. Scilicet non *Regis*, sed *regnorum* fuisse, plusquàm conjicit, & vel solo hôc argumento (uti loquitur) probare satagit, quòd *Chataja* illa ipsa Sinarum provincia fuerit, quæ hodiè *Suchuen* dicitur. Hanc sententiam suam proponit in *Arcâ Noæ*, p. 283. 428. 435. Summa est: Sopithis vocabulum conflatum esse ex duobus istis: XO & PA. *PA* autem & *XO* sive *CHO* duo Dynastæ erant, ad occidentem Sinarum, & ejus quidem terræ, quæ nunc *SUCHUEN* dicitur. Ita Martinius *Hist. Sin. libr. V. p. m. 163. Atl. 51. b.* Florebant autem circa annum ante Christi Nativitatem CCCXX. hoc est, circà expeditiones Alexandri, vel paulò post. Hoc sufficiebat conjecturæ Hornii, si aliàs aliquid probabilitatis habuisset. Sed addit ex eôdem Martiniô, *Peyum Xociumq;*, qui circà annum ante Domini natalia 1164. vixerunt. Vultque, illos terrarum *Pa* & *Xo* regulos fuisse. Non sine errore circa Martinianæ Historiæ contextum. Refert Martinius *lib. III. p. 82.* Changi cujusdam, Reguli & Philosophi, famâ excitos esse quamplures è viciniâ & Philosophos & Regulos, ut eum partim audirent, partim causarum suarum arbitrum legerent. Affert & exemplum duorum regulorum, qui de terris extra Sinam jacentibus, qua Suchuen provincia cum Xensi est contermina, ad Changum, tanquam controversiæ suæ limitaneæ arbitrum ex compromisso venerint; & aliud exemplum duorū fratrum, Peyi & Xocii, filiorum Kinhoi, reguli cu-

jusdam, qui spreto Patris regno Changum adierint, regnumque fratri obtruserint. Hornius verò Regulorum & Peyi ac Xocii Historias confundit, & controversiam limitaneam Peyo ac Xocio tribuit, qui tamen, *Philosophicè* potiùs de regno, quod uterque nolebat suscipere, certabant. Conferat, qui volet, *Martin. p. 82. & Arcam Noæ p. 436.* & erit manifestum quod dixi. Præterea **Pey* & **Pa*; itemq; **Xo* & **Xoci* multum differunt. Nec *charactéribus* tantùm longè aliis scribuntur, sed & *significatis* aliis aliud gaudet. *Pey* enim & *Xoci* personarum vocabula sunt; *Pa* & *Xo* locorum vel ditionum, utut Martinius ipse *Pa* & *Xo duos Dynastas* vocet. Est enim *Xo* Suchuenæ pars Australis; *Pa* Borealis, ibi, ubi *Pa fluvius* est, & *Pa civitas*. Suntque voces Pa & Xo apud Martinium in *casu secundo* accipiendæ, ut aliæ ejusmodi plures. Damusque faciles *Hornio*, quod Pa & Xo nomina quasi gentilitia, & non personarum sed regnorũ fuerint, velut sunt *Cin, Han, Ci, Chao, Yen, Lu* & alia. Id tantùm volo, *Peyi & Xocii* nomina cum nominibus Pa & Xo non esse confundenda. Pey etiam & Xoci *dissyllaba* sunt; Pa & Xo *monosyllaba*. Sic facilè collabitur conjectura, quæ est, *Sopithis*, vel Sopeithæ (quod idem est) nomen ex nominibus Xo & Pa, maximè quia etiam XOTI & PEY dictum sit, conflatum esse, regemque Cathæum, qui sese Alexandro dedebat, XOPA dictum fuisse, quòd rex esset regnorum XO & PA; filios verò ejus duos, quorum *Curtius* meminerit, diviso regno patrio, illum XO, hunc PA appellari cæpisse, & hos esse, de quibus in *Annalibus Sinicis* scriptum extet, quòd aliquamdiu de terris certaverint. Quæ ulterius examinare non attinet. Nec jam dicam, quòd idem *Hornius*, quò conjecturæ suæ majorem conciliaret speciem, XOTI pro XOCI repetitò scripserit. Jamque origo nominis *Sopithes* vel aliunde arcessenda est, vel mittenda sanè. An autem XO & PA, sive etiam Suchuena, Cathéa sit, & an Cathæa Chataja, inferiùs dicendũ est.

* Sin.
* Sin.

II. *CON CAN.* Ita *Guilelmus de Rubriquis* Regem vocat, qui circà annum Domini cIↄ XCVIII. in *Kara-Kithay & contiguis ad Septentrionem Regionibus* dominabatur.

CAN *Imperatorem* notat, *v. Ind. Glossar. Veneti.* CON *proprium Imperatoris nomen* fuisse videtur. *Kara Kithajam* Guilielmus mox *Regnũ Cataja* vocat.

III. *YAYMAN.* Erat hic *Kara-Kithajæ* incola Princeps, & Religione *Nestorianus*. Defuncto *Con Cano* Catajæ regnum rapuit. Cumque à Nestorianis *Joannes* diceretur, *Presbyteri Joannis* nomine inclaruit. Ei sine masculâ prole defuncto, frater *Untchan* successit. *Rubr.*

IV. ALTUNCHAN. Hoc nomine alium Chatajæ regem, qui librum *Juchasin* condidit, designat. Is itaque pag. 326. hæc ferè habet: Oktay, Gingischani filius & succeſſor fratrẽ quidem ad occupandas provincias quasdam magnas emisit. Ipse verò Chatajam & Chotenam tentabat. Transito ergò flumine קרא קרום *Caracarum*, regionẽ, quæ מלך חיטא Regis Chatajæ erat, adoritur, eamque obsidione cingebat. Ei regioni ארד בליג *Ardbalig* nomen erat; Regis verò אלתון כאן *Altunchan*. Hæc ille. *Mirchondus* verò aliquoties regum Chatajorum meminit, eosque eodem nomi-
Arab. ne * *Altânchani* insignit. Sunt, quibus visum est, *Altunchanos* quasi *au-*
Arab. *reos reges* dictos fuiſſe. * *Altun* enim Turcis Tartarisque *aurum* est. Quique de *Sinensium regibus* ista accipiunt, eos ideò sic dictos putant, quòd hi Reges *flavo croceove* & *aureo colore* sese vestiant. Ego verò, si ab *auro* dicti sint illi, de Orientalibus Tartaris malim accipere *Altunchani* vocabulum. Hi enim ab antiquissimis temporibus ad hæc ferè tempora
Sin. KIN à Sinis dicuntur. * *Kin* verò Sinicè *aurum* est. Originem nominis *Gelio* cuidam, Tartarici Orientalis Regni filio, ex quorundam conjectura debent. Is circà annum ante vulgari Christi Epocham 90. in aulâ *Hiaoni, Imperatoris Sinici*, degens, eique valdè carus, ad majores indies honores evehebatur, Sinicoque cognomine KIN dicebatur. Malim à KIN monte dictos, qui longissimo tractu pars ab *oriente*, pars ab *occidente* in *Boream* excurrit. Unde vulgò *aureorum montium Domini* appellantur. Est hic mons quasi geminus, & procul dubio ille, intra cujus juga *Karakarum* sita erat, ubi *Karachan*, Mogolorum rex, æstiva ac hyberna sua olim habuit. Ista juga *Emtak & Carbak montes* à Mirchondo dicuntur. Hinc ergò Tartari *Kin*, qui posteà sæpius gravibus cladibus Sinas affecerunt, & Veneti tempore eos Borealibus Sinarum partibus exegerunt, nuperrimè verò & Australibus ferè omnibus. Quique Tartaricè *Altun* dicebantur, Sinicè KIN dicti sunt. *Mirchondus* verò tradit, *Altanchani* nomen tunc temporis iis tributum esse, qui *Chanbalicam*, Chatajæ regiam, teneret. Nempe, uti *In-*
di neminem * *Schahi* nomine digna- Arab.
bantur, nisi qui *Cabulem*, urbem regiam, teneret.

V. UNGCHAN. *Ungchanus* hic idem ille est, qui *Untcan* à Guilielmo de Rubruquis, *Uncham* a Veneto, *Undchan* (vel, ut alii quidã legerunt, *Unadchan*) in libro Juchasin dicitur. *v. Ind. Venet. voc. Presbyter Joannes & Uncham.* Imperitabat is *ultrà montes Karakithaja*. Et trium quidem septimanarum itinere, procul inde à fratris Joannis territorio. Regia

gia ejus *Camcarum* erat. Subditi *Crit* & *Mecrit* dicebantur. *Nestorianus* itidem erat. Fratre mortuo ei in Chatajæ regno successit. Hunc à *Gingischano* cœsum esse *Abulphargius* prodidit. *Rubruquis* verò non occisum, sed intra Chatajam repressum. Successitq; ei in imperio *Altunchan*, qui sequitur. Ceterùm & hoc falsum est, quod idem *Hornius* p. 279. tradit, *Nestorianos* illos terrarum Chatajæ Imperatores *communi nomine Ungchan Jubanna* nuncupatos esse. Nec enim quisquam fuit, qui eodem nomine sit appellatus, præter eum, qui Gingischano succubuit. Ne dicam, quòd secundùm *Guil. de Rubruquis* Untchan non ipse *Jubanna*, seu *Presbyter Jobannes* fuerit, sed *frater* ejus.

VI. SCUDICHBOCHEN. Extat Hieronymi Henningis Opus Genealogicum. Quô cùm autor nullorũ non Dynastarum prosapias & successiones describeret, *Magnorũ*, quos vocat, *Chamorum* Catalogum quoq; exhibet. Ibi primus *Scudichbochen* Cham dicitur. Octavus *Zegra*, Decimus quintus *Nogais*. Decimus sextus *Bebeid cham*. Est ergò ex iis, qui *Catajam* & *Tartariam magnam* eôdem locô habent. Ista namque nomina Principum ejus terræ fuerunt. Primi nomen *Scudichbochen* ex Schildbergero desumtum. Is illud habet cap. 23. Atqui valdè depravatum est. Historia enim, quam eô locô recenset, suadet, Dynastam hunc eundem fuisse, qui *Tukmmisch* Arabibus, *Tachtam* Russis, *Techmic* Turcis dictus est. Erat is *Disla* Dominus, h. e. Tartariæ desertæ. *v. suprà p. 13.* Regnoque ab *Idacu* quodam, quem Schildbergerus *Edigi*, Cromerus & Guagninus *Edigam* vocant. *Zegra* Schildbergerus itidem meminit, narratque eum aliàs Reguli Tartarici filium ab Edigi, Tartariæ magnæ Capitaneo (Obman/) qui ex receptâ cõsuetudine Regulos instituerct & removeret, ex aulâ *Abubachiri* evocatum esse ad regnum aliquod Tartaricum capessendum. De *Bebeidcham* vid. *Herbersteinii Moscoviam p. 100.*

SCRIPTURA. Scribunt Chataji 1. *penicillo*, pictorũ more. Et ita quidẽ, ut 2. *in unâ figurâ plures* ducere *lineas* videantur. Rubruq. 3. *Ordine* verò *præpostero*, ut *Armeni*, Hayth. 17, 4. *Charta bombycina* est, & adeò *tenuis*, ut *nonnisi ab alterâ parte* sustineat operas Typographicas. Busbeq. 48. Hîc *D. Golius*: *Denique*, ait, *UNO CHARACTERE rem absolvam ex ejusdem Rubruquis Itinerario, cap. 37.* atque unà verba autoris refert, quæ suprà quoque pag. 10. habes. Fortè juvat integrum legere contextum. Is est: *Catini scribunt penicillo pictorio, & una figura multas literas complectitur, ac versum facit. Populus Tebet scribit, ut nos, & babet characteres similes nostris.*

Tan-

Tangutani scribunt à dextrâ versus sinistram, sicut Arabes, & multiplicant lineas ascendendo. Jugures scribunt deorsum. Hactenus Rubruquis. *Istum*, ut & *Busbequium* de Sinensium scribendi ratione loqui, nemo credo erit, qui inficietur. Legatur de *Penicillis eorum* scriptoriis, quos ex pilis leporinis; Coreani verò ex lupinis conficiunt, *Kircherus Chin. Ill. p. 232. b. Neuhof. P. II. p. 403.* Sinas *deorsum* scribere, omnes, qui inde ad nos veniunt, libri docent. Etsi nonnunquam *à dextrâ ad sinistrum* lineas ducunt. Quem autem Haytho *ordinem scribendi præposterum* vocet, equidem non capio, cum addat, ut *Armeni.* Fuit Haytho, ut ajunt, Armenus, & Regis quidem frater. Quare ipsi Armenicam Scripturam satis notam fuisse, credibile est. Armeni verò dextrorsum scribere ab olim solent. Fallor, an dicere voluit *Haytho,* Cathajos non dextrorsum, sed sinistrorsum; non in longitudinem, sed deorsum scribere? *Vartomannus* verò similiter de Christianis Chatainis loquitur, *suprà p. 19.* *Sinicos characteres* plerosque ex pluribus ductibus constare, in cujusvis conspectu est. Quodque non *literarum*, sed *verborum* signa sint, literati norunt. Chartæ Sinicæ *materia* & *tenuitas* non minus perspecta est. Adeoque *Scriptura* non immeritò inter præcipua hujus controversiæ momenta relata est.

Typographia. Typographiam in Chataja *à multis retrò seculis* in usu fuisse, Turcicus erro Busbequio fidem fecit *librorum, typis ibi excusorum*, argumento. Poterant quidem libelli, quos Turca viderat, recentes & vix unius seculi esse. Et *recentem apud nos Typographiam esse*, nemo est, qui neget. Eam verò ante mille & amplius annos in regno *Tanguth* usitatam fuisse, nonnulli contendunt. Pleriq; Sinis inventionem ejus tribuunt. De *tempore* tamen *inventionis* non eadem sentiunt. Quidam *adeò antiquam* esse censent, *ut inventorem nesciant* Sinæ, Historiarum aliàs observantissimi. *Mercat. Atl. Maj. & Auctor Admir. Natur. in Sin. & Europ.* Cum ipso *S*inarum regno cœptam esse, *Joh. Conf. Mendoza* Sinarum fide affirmat. Quidam ante Christum natum in usu fuisse volunt. *Boterus* ei annos mille & nonnihil amplius tribuit, *Trigautius* quinque secula, l. 4. Sinensium Historiæ originem Typographiæ suæ ad *annum Christi* præter propter *quinquagesimum* referunt. Est autem ejus planè alia ratio, quàm nostra, Sculpturisq; æneis nostris rectiùs comparatur, quàm Typothesiæ. *v. Jovius Hist. XIV. Lansi Consult. pro Germ. & Mentel. de verâ Typographiæ inventione.*

VENEFICIA. v. Uxores.

VESTES. Vestes Cathajorū *valdè laxæ* sunt, habentq; *plicas innumeras.*

Sunt

Sunt a. ex *Undonibus*. Vart. 9. *Caligæ* ex serico & *fluxæ*, *manicæ goßipio* refertæ. Caput *apice* tegunt. Est is ex *panno coloris Veneti*, & *altitudine* fermè *duorum palmorum*. Vart. 20. *Digitos gemmis* lucidissimis ornant; vestes *monilibus*, Vart. 22. vid. *Curt.* IX. 1. 29. De *Sinis Martinius Atl. p.* 7. *b.* Vestes illis laxæ sunt, ad talos usque demissæ --- manicæ amplæ -- Pileolus cylindricus aut cubicus. *Gossipinarum Tunicarum*, & *coloris Veneti*; Calceorum item unionibus ac Rubinis ornatorum *Neuhofius* meminit. Quos verò *Undones* Vartomannus vocet, equidem non assequor. De *Udonibus* ipsum loqui voluisse nō est credibile. Quod si *Undulatas* dicere voluit, Sinensium vestiendi ratio non abludit. Vestiuntur enim & illi *Serico undulato*.

VINUM. v. Potus.

UXORES. Maritæ Chatajorum *unà cum maritis* jam defunctis *sese comburunt*. Strabo. Scilicet, ita veneficiis uxorum prævenire voluerunt legislatores. *Idem* & *Diod. Sic.* IV. 91. Similia de *Indis* habet *Cic. Tusc. quæst.* V. *Solin.* V. *Ælianus* VII. 18. *Plut. libro an vitiositas ad infelicitatem sufficiat. Nicol. Damasc. l. de moribus Gentium. Valer. Max.* II. 7. 14. *Diod.* XIX. Deque *Tartaris Orientalibus Martin. Atl. p.* 15. *b. fin.*

3. *A Donis Chatajæ singularibus.*

§. 14. Sed, ut quæque terra nonnullis rebus scatet, quas alibi non adeò invenias. Ita Chatajam *non pauca* nobilitant *peculiaria genimina*. Suntque ex iis, quæ sequuntur.

ALOE. Aloës enim præstantissimum genus, CALAMPAT dictum, *Sarnaviâ*, Chatajæ urbe, in cujus vicinia nascitur, & in Indiam defertur. *Vart. VI. 30. Relege, Lector, si placet, Gloßas Chataicas.* Est autem illud ipsum lignum, quod & AQUILA vulgò ac *Aquilinum*, & ipsis quoque, nisi fallor, Sinis *Calamba* dicitur. *Aquila* tamen, cum recens est, nec adhuc penetrantis adeò odoris; *Calamba* cum satis adolevit. Id copiosè quidem crescit in regnis *Catay*, nec non *Cini*, *Macyni*, *Sarnau* & *Gravay*. Vart. l. c. in montibus *Cochinchinæ* ac provinciis *Junnan* & *Chiamsi*. In Insula quoque *Hainan. v. Venet. II.* 41. *III.* 9. sed ob insignem *odoris* præstantiam, quodque in *inaccessis* ferè *montibus*, quos *feræ* etiam infestant, crescit, etiam iis in locis magno pretio venditur. *Libra* scil. *Sarnaviæ* vel *denis* aureis veniebat. *Vart.* in *Cochinchinâ* utplurimum *scutatis sedecim*. Pluris in *Japoniâ*. Scaliger *Agallochum* vocat. *Exerc. CXLII.* 6.

ARGENTUM. v. AURUM.

AURUM. Chatajam etiam *auro* uberrimè scatere, *Vartomannus* autor est. *Argento*, *Albacentius*, *p.* 94. Utrumque in terræ visceribus magnâ

copiâ

copiâ latet. Strabo. Sic & Sina metallorum omnium divites venas habet. Auri duntaxat & argenti mineras ne quis excutiat, lege cautum eſt. Legis ratio, ne tot homines noxiis fodinarum vaporibus intereant. Terras tamen olim auri argentique ergò fodere licuit. Adeò, ut Tangus rex aurifodinas montis *Heng*, etiam ſine tributo, vulgò concederet. Intereà & pòſt licitum cuivis eſt, ex fluminum ripis ſatis auri colligere.

BELZOI. *v. Laſerpitium.*

BOMBYCES. Bombycibus multæ quidem terræ poſtremis hisce temporibus abundare certum eſt. *v. Ind. Venet. adde Golii notas ad Alferg. p. 209. 285.* Chatajam verò *bombyces* & *Sericum* jam olim celebrem reddiderunt. *Busbeq. 48.* Eoque magis eô dem, quo *Serica*, quoque *Sina* habita eſt loco. Serica enim adeò *bombycibus* referta erat, ut illorum tela ei nomen fecerit. In Sinis verò *Chekianga* domeſticis, & *Xantunga* agreſtibus bombycibus eousque ſcatet, ut abundè Serici ex iſtis provinciis quaquaverſum avehatur. Etiam *nendi* Serici *ratio* inter Sinas perantiqua eſt. *vid. Martin. Hiſt. Sin. p. 25. 93. 156.*

BOVES. De *Bubus Chataicis Venetus I. 62.* deque *Sinicis Kircherus* ſimilia prodiderunt.

CALAMBA. v. ALOE, & *Gloſſas Chataicas.*

CANES mirè boni. Catheorum canes etiam Leonibus metuendos, *Strabo XV. Curtius IX. 1. 31. Venetus II. 49.* aliique commendant. *vid. Frenshem. ad Curt. l. c. & quos ille laudat Autores.* De *Sinis* nō conſtat.

CASTOREUM. Caſtorei Chataici Vartomannus ſubindè meminit. Illud verò nonniſi *Muſcus* eſt. Ita enim *Cadamuſtus* diſertè *c. 68. f. 7. 6. ppr. 139.* Et *Jul. Cæſar Scaliger Exerc. CXII. 5.* ſcribit: Vartomannus *ſcripſit Italicè: Quidam verò ad uſum ceteræ Europæ latinum fecit. Cui audaciæ addidit inſcitiam manifeſtam. Ejusdem namq. Hiſtoriæ compluribus locis, ubi Moſchum ille poſuerat, iſte Caſtoreum repoſuit.* (vid. Idem *Exerc. 211. ſect. 6.*) *Ergò vid. infrà de Muſco.*

CHA. *v. Gloſſas Chataicas.*

JASPIS. Memorabilis locus eſt in *Hiſtoriâ Tamerlanis Arabsjadæ p. 417.* Refert ibi Autor, Tamerlanem in Theſauros ſuos totius ferè orbis divitias congesſiſſe, ac recepiſſe quidem *Balachſchium* ex *Balachſchane* (*v. Indic. Ven.*) * *Sapphirum Niſabure*, Arab. *Cazrone, & ex fodinis Choraſana*; * *Sardios* ex *Indiâ*; *Adamantes* indidem & ex *Sindiâ*, Margaritas *Ormuze, Katifâ & Haſaô* (Bahreinæ urbibus) * *Jaſpidem* & *Muſcum* aliaque Arab. Arab. *ex Chata.* De *Jaſpide* itaque, ac ubi maximè reperiatur, videamus. Eſt autem *Jaſpis Marmor* quoddam *pellucidum*, quod à Sinis * *yu ſce* & *yu* appellatur; & à ceteris nationibus *Jaſpis*. Sin.

Sed ex defectu vocabuli magis proprii. Gemma enim, quam *Jaspidē* aliàs vocamus, aliter sese habet. Sinicum *Achatæ* nostro similem esse, *Martinius* autor est. Qui tamen alibi de eodem scribit: *Refert alabastrum ferè vel gagatem.* Ac alio adhuc loco: *Gagatem aut Jaspidem Europæum refert, nisi quòd pellucidior sit, & intermixto subinde tenuiore colore cæruleo albescat.* Etiam hic Jaspis duum generum; *Pretiosior* est, qui è *flumine Cotan* per Urinatores colligitur; vilior, qui ex *montibus* eruitur. *vid. Venet. I. 42. 43. Trigaut. Itin. Gœzian. p m. 344.* Hujus marmoris in Sinis magnus usus est. Sed ipsum exoticum ibi est. E *Casgare* enim à Mauris in Sinas defertur, & ex regno *Tarken*. Ad *tertiam secunda* tamen in montibus reperiri dicitur.

LAPIDES ARDENTES. Per totam quoque Chatajam lapides aliqui nigri è montibus eruuntur, qui lignorum instar ardent, ignemque aliquandiu conservant. Hæc *Venetus II. 26.* Similia de Sinis *Neuhof. P. I. p. 13. & P. II. p. 341.* Sed & in *Anglia* Districtuque *Leodiensi* ejusmodi carbones lapideos effodi notum est. Idem de *Farganâ* Abulfeda prodidit.

LASERPITIUM. Gummi est arboris, quod *Laser* dicitur. Ejus aliud *Cyrenaicum* dicitur, aliud *Medicum vel Syriacum.* Illud *Asa dulcis*; hoc *fœtida* est. Prius & *Belzoi* nomen habet. Delatumque à Chatajis in Indiam. Vartomanno indice, VI. 14. *conf. c. 19. & 21.* Scribitur & *Belzoë, Benzoi, Benjoin, Benzuin, Benjouin.* Gummi hoc in *Chinâ* provenire, *Martinius* testis est, *Atl. p. 129. b. fin.* Sed & in *Sumatrâ* nasci arborem ejus, *Vartomannus cap. 19.* docet. Idque longè excellentius esse Chataico, *cap. 21. v. Scal. Exerc. 142. 5.*

LEONES. v. § seq.

MUSCUS. *Musci Chataici* Arabes, Persæ, Turcæ non rarò meminerunt. Sic & *Venetus I. 62. Vart. VI. 14. Busbeq. suprà p. 22.* Sina verò ejusmodi *animalibus*, à quibus Muscus est, ipsoque *musco* scatet. Sed & extra Sinam Muscus colligitur, ut in *Achalechmangi, Ven. II. 34.* & *Tebet. Ven. II. 37. Nubiens. IV. 10. f.* Quare eædem, quas suprà dixi, Gentes illum * *Muscum Chataicum*; hunc * *Muscū Sinicum* differentiæ causâ vocant. Arab. Arab.

NAPELLUS. *v. Glossas Chataicas.*

ODORAMENTA. *Vart. VI. 20. fin. vid. Laserpitium, Muscus.*

ORYZA. Chatajos vinum ex oryza & aromatibus parare, *Carpinus* itemque *Venetus* testis est II. 25. Quare *Oryzam* quoque ibi terrarum provenire credibile est. Ea verò per totam Sinam copiosè nascitur. *v. Atlantem p. 42. a. 58. a. 61. b. 65. b. 71. b. 79. a. 87. b. 90. a. 103. a. 105. b. 124. b. 126. a.*

PHASIANI. Hi in Chataja *maximi*

mi ſunt. *Caudasq;* habent octo ac etiam decem palmorum *longitudine*. Ven. I 62. *Solis avem*, niſi fallor, indigetat. Ea eſt, quæ à Sinis * *Fung hoang*, & *Fung κατ' ἐξοχὴν* dicitur.

Sin.

RADIX *Busbequii. v. Gloſſarium Chataicum.*

RHABARBARUM. Rha planta eſt, cujus radix eodem nomine venit. Ea *Dioſcoridi Rha & Rheon* dicitur; aliis *Rheu*; * *Syris*, † *Arabibus &* * *Armenis Ravend* & *Revend*. v. Matthiol. Syri *Reuvand* pronunciant. *Maſ Pecul. Syr.* Arabes verò, cum * *Zemvend* dicunt, Ariſtolochiam intelligunt. Beitharides. *Coptis* ΑΡΠΟΒΑΝΟΝ. Sinis * *Taihoang*, hoc eſt, *ſummè flavum*. Sunt, qui Rha barbarum à *flumine Rha*, cui & *Vulga* nomen eſt, dictum volunt. Quod non videtur. Nam nec dum conſtat, an & ad has aquas Rha naſcatur. Cum verò pluribus in locis naſcatur, à quôq; natali ſolo denominari ſolet. *Barbarum* ſcil. *Ponticum, Indicum, Turcicum, Sceniticum.* Sed nobilisſimum eſt CHATAICUM. Naſciturque in montibus provinciæ *Suchur Ven. I 48.* & Civitatis *Singui. Idem II 63.* Quæ *Suchur* ſit, quæque *Singui*, ad *Venetum* dixi. Hîc ſufficit meminiſſe, etiam *Chinam* Rha barbarum producere, & *præſtantisſimum*, quodque ideò *Verum* nonnulli vocant. *vid. Leonh. Fuchſ. Paradox. l. 4. Boymus Flora Sinic. Kircherus Chin. illuſtr. p. 183. ſ.* Eſt tamen planè alia plantæ hujus ſpecies, ac illius, quam *Joh. Bapt. Ramnuſius* in Declaratione, quam Veneti Itinerario præmiſit, exhibet. Perſæ nempe cujusdam fide, qui *Succuiram Tanguthæ civitatem*, ibique veri Rhabarbari natalia ſe vidiſſe, effigiemq; plantæ ex illâ regione attuliſſe affirmabat. *Hæc D. Golius ap. Kircherum l. c.* Sinicum verò Rha in provinciis *Xenſi* & *Suchuen* copioſisſimè naſcitur. *Boym. Martin.* Addo Jul. Scaligeri verba de *Raved*. Is ergò *Exerc. CIV. §. 8. Etiam Raved*, ait, *toti Ponto atque univerſæ Europæ advenam Rha temerè vocant iſti Græculatores*, (qui res Indicas non patriis, ſed novis nominibus appellant) Et *Exerc. 181. §. 11. Malaca regnum eſt, cujus in agro Campaa, longè optimum Raved oritur. Quod ipſi vocant Calama.*

Syr.
Arab.
Arm.
Arab
Sin.

SALES foſſiles. *v. ſuprà* MONTES Salis *p. 33. b.*

SERICUM. *v. Bombyces.*

THEE. *v. Gloſſas Chataicas.*

VITES. *v. §. ſeq.*

ZEBELLINÆ. Zebellinarum Chataicarum *Jovius* meminit. Fert verò ejusmodi pelles *Leaotunga*, quam Boreali Sinæ accenſent. Ceteras Tartari Tanyu aſportant. *Plura v. in Indic. Venet.*

3. *Ab iis Rebus, quibus Chataja DEFICERE obſervata eſt.*

§. 15. Sunt & aliqua, quæ in ipſa

Chatajâ, nisi aliundè recepta, non inveniantur. Sic

LEONES ibi terrarum inusitati sunt. Testis Busbequio erat erro ille, cujus meminit. Idem de *Chinâ* referunt *Trigautius, v. p. 6. a. Martin. Atl. p. 22. a.* Quid ergò de *Leonibus Chataicis*, eorumque *simulacris*, quorum Venetus non semel meminit, habendum est? Omninò subscribendum est conjecturæ Martinianæ, Venetum *Tigrides* dicere voluisse. *A. 86. a. 87. b. Tigrides* verò passim in Sinâ vagantur, & lustra sua habent. Cumque in monte *Cutien* provinciæ *Chekiang* planè *innoxia* sint, alibi *ferocissima* esse perhibentur.

LIGNA quoque rara sunt alicubi in Chataja. *Ven. II. 26.* In Sinâ Arborum quidem multum est, & magna varietas. Quædam etiam rarissimæ naturæ sunt, & in Europa non visæ. Tantam verò etiam igniarii ligni copiam ibi esse, equidem non memini me legere. Nec Sinæ iis adeò opus habent. Habent enim passim *Puteos igneos*, in quibus cibum parare solent. *Fornaces* verò carbonibus lapideis, de quibus suprà relatum est, calefaciunt.

OLEUM verò olivarum carissimum est in Chataja. Ita *Haytho 7.* Deque multis aliis regionibus observatum est, quòd *Oleas* non ferant. *v. Ven. I. 34. III. 22. 22. 45.* Nec in *Historia Sin* quidquam de *Oleis* à me lectum est. De puteis verò, qui oleo manent, *vid. Neuhof. P. II. p. 335. a.*

SULPHUR. *Sadus*, Rosarii Persici autor, eô ipso libro III. 21. Mercatorem lucrandi consiliis planè occupatum introducit loquentem. Is ergò inter alia de Itineribus, quæ sibi proposuisset, in hunc modū fatur: * *Persicum* puta *Sulphur in Sinas deferam. Illic enim immensi pretii esse comperi. Fictilia Sinensia in Græciam. Ex Græcia pannum auro distinctum in Indiam. Chalybem Indicum Haleppum, Haleppensia vitra in Arabiam Felicem, telas Arabicas in Persidem.* Liquet, Sadum eas artificiorum species nominare voluisse, quæ vel hìc, vel ibi, aut singulari ratione parantur, aut deficiunt. Itaque *Sulphur* in Sinis tàm rarum esse videtur, quàm vulgò prostant *Porcellana.* Et hoc autor factâ pretii mentione præcipuè monet. Dubium tamen Versio Rosarii Germanica, quam Olearius edidit, ignaris injicere possit. Ibi enim *India* pro *Sinis* posita est. Sed cum ex quibus terris rarum quidpiam avehi potest, in illas aliud, quod ibi rarum esset, deportaturum se narraret mercator, facilè noscitur, in exemplo libri, quo Olearius usus est, istud mendum fuisse.

* Arab.

VINUM. Vinum quoque in Chataja non crescit, sed ex regione *Tainfu* recipitur. *Ven. II. 29. Cadamust.* contrà cap. 131. testatum facit, Christianos Indos uvas passas è Catayo recipere

cipere, quas cœnam Dominicam celebraturi aquâ macerent, succô scilicet vice vini utentes. Sic Sina *Vites* omninò & *Uvas* habet, easq; dulcissimas. Tantùm *vinum* non parant, sed *uvas passas*, quas passim divendant. *Viniq; usum* non nisi *sacrum* esse debere, jam olim judicarunt. Quare Societatis Jesu Patres in sacræ Cœnæ usum novâ ratione vinum ex uvis Sin. eliciunt. Ac id fortè est, quod * *Ciu xun, vinum Sinense* dicitur. Has enim voces *Salmasius* affert *in præfat. l. de annis clim.*

5. à Testimoniis vicinarum Gentium.

§. 16. Tandem nec hoc postremo loco habendum erat, quòd *vicinæ gentes* Sinas Catayum appellent. Faciunt hoc *Astracani, Mauri, Tatari, Turcæ*, uti *Martinius* passim testatur. *D. Golius* hoc & Geographicarum quarundam Descriptionum Harmoniam *luculenta indicia* vocat. *Ignatius* verò *Patriracha* in Commentariolo Arabico de Orientalium Chronologia *Sinensibus* non semel tribuit, quæ alii Chatajis.

Classis altera, Argumentorum videl. *Negantium.*

§. 17. Ergò satis argumentorum est, quæ non *suadere* tantùm, sed & aliquam partem *cogere* videntur, ut dicamus, *Chatajam Sinas* esse. Sed sunt alia, quæ non minus validè ab hâc sententiâ *cobibeant*.

1. Differens Chatajæ Sinarumq; mentio.

Primò namque sunt, qui *Sinarum* & *Chatajæ* meminerint, ast non ut *ejusdem*, sed *diversarum* regionum. Nec jam de *recentioribus Geographis* loquar, quos, quòd *Chatajam extra Chinam* ponant, ceteri accusant. Sed illos ipsos Scriptores advocabo, ex quibus *Chatajæ Sinæq; identitatem* probare satagunt. Ut & eos, qui plagæ illius *viciniores* fuerunt, rerumque, quæ ibi gesta sunt, *certiorem notitiam* habere potuerunt.

HAYTHO itaque ditissimæ alicujus provinciæ meminit, quæ SYM appellata sit? *cap.2.* Ea procul dubiò SINA est. Et *sic* fortè, aut etiam SIN vel SYN ab autore scriptum fuit. Eadem D. Golii conjectura est. *Addit, p. 10. a.* Eandem terram *Venetus* quoque CYN vocat in MSto. III. 8. ubi *maris CYN, marisq; MANGI* meminit, hoc est, Oceani, quà Sinarum *boreales* partes, quaque *australes* alluit. Sinam ab *Haythone* indigetari, ea, quæ Provinciæ SIM tribuit, suadent. Ait, *ditissimam* esse. Hæc Sina est. Pergit: ad meridiem regni *Tarse*, quod & *Igur* dicitur, sitam esse. Hæc *Sina* est. Subjicit: ibidem (nisi fallor) *Adamantes* inveniri. Et *Jaspides Casgaricos*, puto, intelligit.

Horum quasi Emporium *Sina* est. *v. supra.* Alia ergò Sina, alia Chataja, etiam secundùm *Haythonem.*

JOVIUS non minus *Camyum Sinasq;* distinguit, *v.p.20.m* Sic & JOSAPHATUS BARBARUS, *p.17.m.* VARTOMANNUS, *p.19.f* & ipse D. GOLIUS *addit. 8. b. f. Cinos, Macinos & Chataënses;* rursusque *Chinam, Machinam & Camyum* commemorantes. *Cini*, borealis Sinæ cives sunt; *Machini* Australis. *v.* omninò *Ind. Venet. v. Mangi.*

Sequitur ABULFEDA. Is *in præ-* Arab. *fatione Tabularum * Sinarum ; pag.* Arab. verò 38. & 64. * *Chataja* aliam aliamque facit mentionem.

ARABSIADES etiam, Historiæ Tamerlanicæ parens, toties unà utriusque terræ, sed distinctè meminit. *v. pag. 109. 3. 289. 7. 349. 17.*

AZIZUS Nesephæus verò, cujus MS. codex in Bibliotheca Electorali asservatur, *Chataja* p. 102. b. f. mentionem facit; *Fagfouris Sinici* autem p. 73. a. m. in Carmine Turcico, cujus particulam aliquando edidi.

Accedat SADUS MUSLAHEDDINUS. Hic *Chamjam bellumq; Chataicum* p 354 memorat; iterumque *Chinam, adesq; Sinenses* p. 27. *puellæ etiã Sinensis* 139. *terræ Sin.* 215. *Fictilium Sinensium* 265. 480. *Phrygionum Sinensium* 525. & *Junnanis*, provinciæ, nisi fallor, *Sinensis*, p. 173. meminit.

ALHACENTUS verò, si vera sunt, quæ sub ejus nomine *Abbas Mortemorensis* luci exposuit, clarissimè omniũ Chatajam Sinamq; distinguit. Is *Tamerlanis bellum Sinicum* fusissimè describit Libr. I. & IV. Placet summam ejus dare. Vicerat Tamerlanis primâ adeò expeditione suâ *Moscoviæ* magnum Ducem, eiq; *tributũ annuum* imposuerat. p. 9. Gratulabatur illi *Magnus Tartariæ Chamus*, atq; unà filiam ac successionem in regno offerebat. *ib.* Ejus *Regia Quinsay* erat, *ib.* & *p. 36.* illam autor fusè describit p. 246. 247. Eò ubi pervenerat Tamerlanes, sexto die pòst *coronatur*, nuptiasque celebrat. p. 10. *Socer* suadet, ut bellum regi Sinarum moveat, p. 20. Siquidem ille nonnullas Hordas regno Tartarico eripuisset, p. 26. Finesque regni sui nimis dilatasset, p. 26. Modernique tum Regis pater quadragesimo anno antè urbe *Paquinfu* (Pequinô) Tartaros exegisset, p. 59. antiqui verò Tartarorum fines essent montes, qui ibi sunt, p. 76. *Ceteros belli prætextus pag. 25. vid.* Itaq; Tamerlanes missis Legatis, quæ Tartaris erepta esse acceperat, repetit, atq; intereà exercitum cogit. Cui Magno Chamo aliũ adjuncturus erat, p. 26. Rex Chinæ superbo responso legatos dimittit Tamerlanes exercitum ducit, p. 27. *Calix*, Magni Chami subditus, quòd successionem Tamerlani invideret, Tamerlani resistit, p. 30. ac Metropolin Cathajæ, *Cambalum* dictam,

ctam, occupat, & Cambalensibus suadet, ut à Magno Chamo successorem postularent, p. 36. Tamerlanes cavet, ne quid hujus rex Chinæ rescis-scat, p. 32. 36. 37. atque intereà exercitum movet ad urbes *Caindu*, *Calalia*, *Cambalu*, p. 38. Vincitur Calix prælio, capitur, decollatur, p. 47. 48. Tamerlanes Chatajam subjicit ac protegit, culpamque Cambalensibus & ceteris remittit. Exercitus Tamerlanis *Gonzæ* quiescit, pag. 50. Chinam versus ducitur. Præmittuntur exploratores, p. 61. *Vauchefu*, Princeps Sinicus ad partes Tamerlanis transit. Ejus consilio & ope *Murus* intergerinus superatur. p. 67. Mox *Paquinfu* obsidetur, p. 74. & muro capto deditur, p. 79. Rex in urbem Sintchu sese abdiderat, p. 81. Capitur unà cum duobus Regibus confœderatis, *Chiampa* & *Canchinchinæ*. Tertius enim occubuerat, p. 89. Ita bellum intrà annũ finiebatur, p. 104. Sinis, postquam conditiones pacis arripuissent, p. 108. *Odmarus* præficitur, p. 111. & pòst *Axalla*, p. 249. post & *Locbestam*, p. 253. Ita Tamerlanes Samarcandam redibat, p. 259. Sit fides hujus belli penes *Abbatem*, &, si quis fuit, *Albacentum*. Qui si fide digni sunt, vel inde satis liquet, *Chatajam extra Chinam* esse.

Conf. AMATI CHESAUD *epist. apud Kirch. Chin. Ill. 86. b.* qui Chatajam extrà Sinas quæsiturus erat; & *Marium Nigrum*, qui eos reprehendit, qui volunt Catayum Sinas esse. *l. VIII. p. 562.*

2. *Nominis Chataici ratio.*

Jam & καθ' αὑθρωπον argumentabor. Illi ipsi, qui Chatajam & Sinam eôdem locô habent, Chatajæ vocabulo *deserta* & *montes* significari tradunt. *Kircherus Prodr. Copt. p. 99. Martin. Hist. Sin. p. 317.* Atqui Sina *cultissima* est. Nec *montosa* facilè dici potest.

3. *Historia Belli Tamerlanici.*

Sequitur aliud. *Tamerlanem Sinas nunquam attigiße, nedum occupaviße, imò ne bella cum Sinis gesſiße*, *Martinius* non semel affirmat. *v. Bell. Tartar. 1. a. Atl. 18.* Atqui de *Chataja* certum est, quòd Tamerlanes non pauca ejusce regionis loca occupaverit. *Arabsj. 67. f. Præfectum* etiam per Chatajam habuit, *Argunschabum. Arabsj. 263. 3.* Et post eum *Alladadum*, qui *Isbaræ* degebat. *Arabsj. 313. 9. Legatorum* Chatæorum meminit *idem 300. 13.* Nec jam dicam, quòd secundùm *Abbatem Mortemorensem* omninò China à Tamerlane capta sit, & alterà quidem vice. Narrat *D. Golius*, Tamerlanem ultimò in *Catayum* expeditionem movisse, sed cum jam in procinctu esset, in *Mogolorum* confinibus, & urbe quidem

quidem *Anzar*, fatali morbo extinctum esse. Vultque adeò & ipse, Tamerlanem *Catayos* sive & *Sinas* nunquam subegisse. Est autem hoc, ut mihi videtur, ἁμάρτημα quoddam μνημονικόν. *Arabsjades* enim, cujus Historia D. Golii beneficio edita est, rem aliter narrat. Præfectus erat *Alladadus Chatais*, vicinisque *Mogolibus* atque *Chagatais*. Cumque is felicius, quàm Tamerlanes, provinciam administrasset, ex pristino odio cum exercitu eò contendit. Eoque magis Alladado suspecta erat expeditio, quòd in antecessum sibi mandâsset Tamerlanes, ut propediem & nocte, quàm proximè *Isbaræ* transacturus esset, tantum farinæ, quantum centum Cameli ferre possent, in commeatus usum in promptu haberet. Quod tunc quidem, cùm flumina ferè funditus glacie constricta essent, impossibile erat. Sed cum decem tantùm diætis Isbarâ abesset, inter medicamentorum usum, quibus frigoris incommodis mederi cupiebat, diem suum Anzaræ, in confinibus Mogolum, obiit. Factum hoc *Anno Hegiræ* IↃ CCCVII. die verò 17. Sjaabani, feriâ tertiâ. *Arabsj. p. 313.* Erat is Annus Christi CIↃ CCCC IV. dies verò II. Augusti. Itaque Tamerlanes non ut Chatajam occuparet, excesserat, sed ut Alladadum reprimeret, ac caveret, ne is favore populi fretus à se deficeret.

4. *Lingua.*

Notum est, etiam vulgò Sinas *caninam literam* prorsus nec inter suas habere, nec enunciare posse. *Martin. Hist. Sin. 315. Atl. 133. a.* Sic *Malia* dicunt, cùm *Maria* dicendum est; *Hell* cum *Herr*; *Tata* cum *Tartar*, vel *Tatar*. *Samabania* cum *Samarcanda*. Atqui Chataji frequenter illam adhibent. Verbi gratiâ, in vocibus: *Aram*, *Asphetira*, *Delbergin*, *Isbara*, *Maberbin*, *Segrin*, *Zegra*. Nec est, quod objicias, rerum Sinicarum Scriptores nonnullas adhibere *voces*, quibus *canina litera* intermixta sit, veluti sunt *Mandarinus* & *Porcellana*. Ea enim à *Lusitanis* introducta sunt, & à Sinis aliis aliisq; vocabulis exprimuntur. *Mandarinus* nempè Sinicè * *Quonfu* & * *Lauye* dicitur. *Porcellana* verò * *Poli*. Memini in *translatione Monumenti Sinici* vocem RIGO extare, eamque ad significandam PERSONAM Divinitatis adhiberi. Nescio unde? Siquidem Sinæ nec *literam* nec *vocem* agnoscunt suam. *Personam* enim *Cyn* vocat. Fortè Lusitanicum RIO, quod *Flumen* significat, adeoq; locum *Apoc. XXII. 1.* & *Emanationis* vocabulum, quod Hebr. usitatum est, respexit, qui hæc scripsit. Sin. Sin. Sin.

5. *Literæ.*

De *Literis* Chatajorum, deque recepta apud illos *scribendi ratione*, memorabile est, quod apud *Arabsjiadem* p. 435.

p. 435 legitur. Hoc *Arabicè* ita se se habet: *. Sensus hic est: *Esse CHATAJIS Scripturæ genus, cui* DELBERGIN *nomen sit; Vidisse etiam Autorem characteres ejus, quorum quadraginta & unum sint; Abundantiæ verò, quòdq; literarum numerus suprà Alphabetum Arabicum adeò excurrat, causam hanc esse, quod crassioris lenioris q; soni literas seorsim numerent, ut & literas mobiles & quiescentes. Esse etiam unamquamque literam ejusmodi accessioni obnoxiam; Sed GJAGATÆIS aliud adhuc Scripturæ genus esse, quod AVIGUR dicatur, ac sub nomine characteris MOGOLICI celebre sit; Literas quatuordecim esse; Causam verò diminutionis paucitatisq́; literarum hanc esse, quod literas Gutturales eâdem figurâ exprimant, ut & vicinas invicem literas, exempli gratiâ: BE & PHE; ZE, SIN, & TZAD; TE, DAL & THA.* Hæc ille; Quod igitur de *Chatajorum* literis tradit, de *Sinicis* intelligi omninò nequit.

Arab.

a. Sinarum enim *Characteres*, rerum verborumque *Symbola* rectius quàm *literas* appellaverimus,

b. Suntque eorum multò plures quàm XLI. Imò plures quàm 5000. Nam ita quidem nonnulli retulerunt. *Bernardinus* videlicet *Scarlantus*, ejusque auctoritate *Ortelius*, *Maginus*, *Mercator*. Sed longè major est numerus. Suntque vel *facilè quadraginta millia*, secundum *Petrum Jarricum Thes. Rer. Indic. II. 17.* vel *suprà sexagies mille*, secundum *Caspar. Balbium*, *Martinium Hist: Sin. præfat. Mandelsl.* Itin. *Or. p. 124.* (quod *Ortelius* frustra miratur,) vel *octuagies mille* secundum *Athanas. Kircherum Oed. Ægypt. T. III, cap. 2. p. 10. & China Illustrata p. 12. b.* vel & 120000. secundum alios. *vid. Walton. Appar. Sacr. Bibl. Polygl. proleg. II. p. 10.* Ego verò, Sinas characterum numerum subinde auxisse, *octuagies* tamen *mille Symbolis* universam illorum literaturam contineri, aliàs, Deo volente, demonstrabo.

c. Neque Scripturæ nomen Sinicum est. Sinæ enim literas B. D. R. (quas una vox *Delbergin* complectitur) non agnoscunt, nec L. quiescens. *De caninâ literâ* jam *suprà* dixi, p. 72. De D. *vid. Martin. Alt. 133. a. f. Gol. addit. p. 5. f.* De B. *Trigautium, suprà p. 6.* b.

d. Quas ergò, inquis, literas *Arabsjades* mente conceperat, aut verbis signare volebat? Respondeo BRACHMANICAS. *Brachmanica* enim Scriptura

a. Quadraginta & unâ literis exactè absolvitur. Videturque diversarum nationum Philosophis usitata fuisse; etiam *Chatajis*. Ut & *Tartari Orientales* hodienum similem scribendi rationem observant.

K b. Sunt

b. Sunt etiam Brachmanicæ Scripturæ literæ quædam *crassioris*, quædam *lenioris* soni, eæque non *punctis* distinguuntur, uti à Persis Turcisque
Arab. * *Be* & * *Pe*; Indisque Arabican-
Arab. tibus * & * sed *figuris propriis*.
Br. Exempli gratia * *Da* & *Dda*; * *Tha* & *Ttha*. Hinc augmentum literarum est.

c. Sed & hoc de Brachmanicâ scripturâ constat, quod consonæ quandoque *moveantur*, hoc est, unâ aliquâ *vocali* vel *diphtongô* efferendæ sint, quandoque *quiescant*, vel, ut (earum Magistri loquuntur,) *Claudicent*; Vocalium etiam ac Diphtongorum signa ipsis consonis appingantur, ut ab *Abissinis* fieri solet. Attamen inde non tàm *numerus literarum*, quem dixi, augetur, quàm *characterum*.

Addo Conjecturam *de Mogolicâ Scripturâ*, quam intrà XIV. literarum numerum consistere, Arabsjades tradit. Fortè enim illa fuit, quam *Philippinam* hodiè vocare licet. Ea *duodecim Consonis*, *tribus* verò *vocalibus* absolvitur. Discrepantia in unitate est. *Gutturales* verò aliæque affinitatem quandam ad invicem habentes, literæ, etsi *sonó* differant in Philippinorum *oribus*; non tamen *figuris* distinguuntur in ipsorum *manuscriptis*. Præterquam quòd, cum, qui ibi degunt, *Mohammedani Arabicantur*, punctis sonos distinguunt. Exempli gratiâ: * *Langit*, Arab. cœlum; * *Kkatang*, quatuor; * *Ang* Arab. *thson*, locus.

6. *Tamerlanis uxores.*

Jam & *Tamerlanis connubia tangã*, Nam & inde colligere licet, cùm, quòd in *Chatajam jus* quoddam habuerit, tùm, quòd *Chataja extrà Sinam* fuerit. *Tres* ergò uxores Tamerlanes habuit, *Schildbergero* autore, *cap. 20*. Nomina earum præterit quidem. Narrat verò, tres causas præproperæ mortis Tamerlanis fuisse. *Primam*, quod *Chebak* præfectus cum immensâ vi tributi aufugisset; *Alteram*, adulterium, cædemque junioris carissimqæue conjugis; *Tertiam* adulteri, qui præfectus quoque Tamerlanis fuerat, evasionem. Adultera procul dubio ea est, quam Arabsiades *Golbanam* vocat. De eâ namque idem hic ait: * *Erat ut Luna in plenitudine & ut Sol ante declinationem*, additque à Tamerlane Arab. occisam est. Atque idem hic Arabsiades *quatuor* insuper *uxores* Tamerlanem habuisse commemorat. Primam usura luminis maturè, cumque nondum tantus esset, privavit, quòd sequiorem adhuc statum sibi objecisset. Alia *Taumana* erat, Mosis, Principis Nesephensis, filia. Has duas Schildbergerus præterit. Ceteræ, eæque præcipuæ, ambæ * *ex filiabus* Arab. *Regum*

Regum Chata erant. Ambæ Mogolenses. Ambæ * *Schad malech* honoris ergò dictæ. Sed primaria * *Regina* major dicebatur, & altera * *Regina minor. Prior Kamereddini*, Regis Mogolici, qui circà annum 1370. in prælio ceciderat, filia erat. *Posterior*, alius cujusdam Regis, qui itidem vel Mogolicæ familiæ, vel Geta, vel Chatajus fuit. *Alhacentus* unius tantùm uxoris Tamerlanis meminit, traditque eam *MagniChami Quinsayensis* filiam fuisse. p. 20. Videturque de *Mogolicâ primariâ* loqui voluisse. Sed erat hæc *Kamereddini* filia. Sinis verò tum temporis *Siven Te* imperitabat, qui procul dubio alius erat.

Arab.
Arab.
Arab.

7. *Frigus.*

Sequitur *frigidius cœlum*, quod *Vartomannus* Cathajæ tribuit; *Sinis* verò adeò tribui nequit. Sinarum enim terminus borealis 42.mo latitudinis gradu continetur. Estque adeò circà ipsum murum cœlo nostro, ut Australior gradibus propè undecim, ita clementioris auræ. Quanquam duo hîc objici possunt. Primum, quod Vartomannus *comparativè* loquatur, habitôq; *Sumatræ* respectu. *v. supra p. 19. m.* Deinde, quòd, ut vulgò notum est, viciniores etiam Æquatori regiones nonnullæ, frigore nihilominus premuntur. Miraturque *Levinus Hulsius* hoc sub gradu 46. fieri. *Navig. III. Præf.* Imò Paulus Venetus *Cermonæ*, quæ sub 29 gradu sita est, etiam intolerabile frigus tribuit. I. 21. Constat etiam *Xantungam*, borealis Sinæ provinciam, frigore premi haudquaquam tenui; *Pequinum* verò, aliàs insolito. Sed Vartomannus ex iis est, qui *Cathajos* à *Cinis* & *Macinis*, hoc est, Sinis borealibus, & australibus distinguunt. *vid. supr. p. 70. a.* Quòd item Sina, etiam borealis, aëre non adeò frigidô gaudeat, etiam inde patet, quod Ægyptiorum Medici Asii lapidis florem * *Nivem Sinensem* vocare soleant, *Beithâride* teste. A *tenuitate* scil. Imò Nix admodum rara Sinis est. Et alicubi nulla. Ut proverbium sit: Tria per *Quantungam* esse, aliàs insolita: *Cœlum sine nive, arbores semper virides, incolæ sanguinem spuentes.* v. Mart. Atl. 103. a. Sed Cathajam frigidissimi aëris esse, Arabsjades quoque indicat. Cum enim Tamerlanes diem suum Anzaræ obiret, mensis *Februarii* erat, & dies quidem 17. anni Domini 1405. Ita enim legendum est *suprà p. 72. b.* Tunc verò in itinere, quod à *Jaxarte* fluvio ad decem diætas citrà Isbaram Chatajæ, quò tendebat, perfecerat, tantum frigoris fuerat, ut maxima exercitus pars naribus auribusque mutilata perierit. Ita *Arabsjades p. 312.* Arab.

8. *Quòd Rerum Sinicarum, earumq; maximè memorabilium ab Historia Chataica Scriptoribus nulla fiat mentio.*

Credibile est eos, qui Chatajæ haud perfunctoriè meminerunt, non neglecturos fuisse, illa vel verbulo tangere, unde Sina semper celebris fuit, siquidem putassent, Chatajam & Sinam eandem esse terrarum regionem.

a. Sinam verò præcipuè comendant PORCELLANA, quæ vocant. Ea
Arab. etiam ab Arabibus ideoque * SZAVANI, hoc est, *Sinensia vasa* κατ' ἐξοχὴν vocantur, *Mohammede Firuzabadio* autore. Nec immeritò. In solô enim Sinarum regno fiunt. Nec ubique æquè egregia. Novi Alterum Marci Pauli Veneti Interpretem pro *lapillis*, quibus è mari collectis *Carajamenses*, *Tholomanenses*, & *Baachenses moneta* locô utuntur, Porcellana substituere. Sed ineptum hoc glossema est, nullàque ratione nititur. SADUS, scriptor Persicus, cujus suprà memineram, *Rosarium* suum (librum ita dictum) Abubekero commendaturus: *Quod si Regia benevolentia*, inquit, *librum hunc ex-*
Arab. *ornaverit*, * *Picturata domus Sinensis & Phrygium opus Arsinganum quasi erit.* p. m. 27. Quid Autor sibi velit, facilè liquet. Sed unde Parabolicum hoc dicendi genus desumpserit, interpretib9, non convenit. *Hic* ergò Sadum priore parte loqui vult de *urbe* quadam, *Sina* dicta, inq; Indiæ limitibus sitâ. Quippe ubi domus fuerit, quò præstantissimi illius Regni pictores artis suæ præcipua monumenta contulissent. *Ille* verò vult fuisse in Sinis domum, ab egregio Pictore conditam, quò ceu in penu quoddam ingeniosissimæ quæq; picturæ collatæ sint, & in peregrinantium conspectū suspensæ. Ita alter de ædib9 quibusdam *Sinicis*, alter de aliis extrà *Sinam* Sadi verba accipit. Sic porrò *Ersengi* nomine alter Apellem quendam, alter librum, cujus *Manus* quidam, divinus pictor, autor fuerit, indicari arbitratur. Mihi verò videtur, Sadum in *posteriore* parte ad Phrygia *Arzinganorum* opera alludere; in *priore*, si non ad *turrim Novizeniam*, quæ tota è Porcellanis ad miraculum pictis extructa est, ad ædes saltim *Sinensium*, porcellanis variegatis passim intus ornatas. Adeò *Porcellanorum Sinicorum* fama percrebuerat.

b. Nota item in vulgus est Sinensium ALCHIMIA. Namque ad insaniam usque plerique huic arti vel operam dant, vel favent. Putantque illius beneficio IMMORTALITATIS poculum parari posse. Hæc imprimis *Laozui* Philosophia erat. Sed & *Saracenorum* quondam fuit.

c. Memorabilis item est *traditio de Immor-*

Sin. *Immortalibus*, quos * XIN SIEN vocant. Credunt autem, quosdam hominum vitâ functos non esse, sed mortalium consortio abdicantes etiamnum alicubi terrarum vivere. Hoc de *Hoangtio* tradunt, Tradunt item: frequentare hos immortales montes *Xintang*, & *Cingching*. Similia legas de *Zoroastre*, deque *Mohammede* quodam, quem ideoque *Hamiraeus* Arab. * *Sethi filium* vocabat, *Enosum* cum *Enocho*, uti Mohammedani solent, confundens. *v. Hist. Saracen. ad annum 81.* Sed hoc obiter.

Ceterum de his nihil in *Historiâ Chatajâ* legere est. Uti nec de *redimitis retrò comis*, neu de *bacillis mensalibus*, aliisque hujus generis.

9. Proverbium quoddam de Chatajis.

Porrò & huc facit Paroemia illa Turcica, quam *Azizus* quidam *Nesephaeus* scripto nobis reliquit. Is ergò Arab. *libelli sui p. 102. b. 5.* sic ait: * *Adagium est, Chata kilmez atsil; Her Toprak kimia degildur, I Akil. Chatajus nihil gloriosi facit; Neque enim Quavis terra pulvis Philosophicus est.* Simile est hoc illi, quod *Nathanaël*, *Philippo* objiciebat: Ἐκ ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; *Ex Nazarethâ potest aliquid boni esse? Joh.* I. 47. Et isti: Ἀεὶ φέρει τι λιβύη κακόν. *Semper aliquid mali è Libyâ. v. Erasm: Chil.* Sunt scilicet aliquae gentes, quibus ingenium moresque non satis probi sunt. Inde tot *Proverbia gentilitia*, quibus *Arcadum* stoliditas, *Carum* vilitas, *Cretum* mendacia, *Paenorum* perfidia, *Scytharum* asperitas, *Thracum* bibacitas perstringitur. Quò & illud Judaeorum spectat, quod *Nicodemo* objiciebant: ἐρεύνησον καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται. *Scrutare & scito, ex Galilaeâ Prophetam non fuisse suscitatum. Joh.* VII. 52. Tales ergò & *Chataji* vulgò, vel secundùm *Azizum*, erant. Vox enim ATSIL, quae origine Arabica est, *Soliditatem*, ac *radicalem* bonitatem rerum aut personarum denotat. Sic Turcae aliàs dicunt: * *Atsil ari* (pro *arif*) solidè Arab. doctus, & * *Atsli Fasli jokdur*, non Arab. & tanti momenti. Proverbium verò, quod Azizus refert, tantò elegantius est, quod eo ipse ad vocem * *Chataja*, quae appellativè *aberrationes* & *peccata* significat, alludi videtur. Arab. *v. notas meas ad Azizi Excerpt. n. 51.* Ecquis verò haec de *Sinis* accipiat? De gente, quae *solertia* & *ingeniositatis* nomine non *seipsam* tantùm, (sed superciliosè,) commendat, sed & ab *aliis*, (sed meritò,) celebratur?

10. Situs.

Ceterùm praecipuũ controversiae re-

medium in *Situ* situm esse, quivis facilè judicat. De eô verò alii aliter scribunt. Quædam enim (1.) & *Chataja & Sina* conveniunt. Quædam (2.) *alterutri* tantùm. Adeoque ex nonnullorum mente Chataja nequaquam Sina est. De quo *cap. seq.* pluribus agendum erit. Nunc de iis tantum agam, quæ *Sinæ non conveniunt.*

a. *An Venetus Chatajam extrà murum Sinicum ponat?*

Res autem multò luculentior foret, siquidem Marcus Paulus Venetus, *Chatajam extrà murum Sinicum* situm esse affirmâsset alicubi. Hoc nempe Veneto tribuit *Olearius* in Germanicâ Relatione Itineris *Georgii Andersonii Holsati* III. 7. p. 137. Sic enim scribit: Daß unser Autor das Land ausserhalb der Mauer Cataja nennet / geschiehet nach der in Europâ lange gewesenen Meynung. Ist auch vor langen Jahren von Marco Paulo Veneto, auff die Bahn gebracht worden/welcher daß Catajum ausserhalb der Mauern / da doch nur wüste und öde Land ist / setzet. Wird aber von P. Martinio refutirt. Sed nec Martinius Venetum refutat; nec Venetus ita scripserat; nec etiam *Andersonius.* Hujus enim verba sunt: Als wir nun von der Maur ab eine halbe Tagreise gethan hatten / kamen wir an ein wüst sandigt Land/ hat zur lincken Hand das Gebirge Samma liegen. An diese sandigte Wüste stosset eine dürre mit Bramen bewachsene Heyde. Durch beyde müssen wir unsere Reise 3. Tage zu bringen. Dieses Land haben etliche Kataja nennen wollen. Ceterum Catajam æquè ac Tebetam suprà Murum ab Arabibus, Persis, aliisque Orientalibus poni, Dom. GOLIUS testis est, *ad Alferg. p. 106.* Alferganus certè *Borealem Sinarum tractum* ad *Clima tertium*, *Tebetam* ad *quartum* refert.

Sequitur aliud *argumentum*, Chatajam extrà Sinam fuisse.

Hoc est:

b. *Quòd Casgar Indiam & Chatajam dividat.*

Ita namque *Arabsjades*, *p. 289. 7. vid. suprà p. 14.* Tamerlanes nempe compositis rebus omnibus extraneas copias, belli socias, divisim in remotissimas plagas dimittit Ac *Irakeos* quidem, *Indos & Chorasanos* in Turquestaniam & ad *Chataeos*; *Tartaros* verò, partem *Casgarum*, partem *Asiculum*. *Asiculum* Tamerlanici & Mogolici regni collimitanea urbs erat; *Casgar* verò inter Chatajæ, Indiæque confinia. Quare de *Casgaris* primum *Situ* agendum est; post de *India*, tandemque de *Chataja*.

1. *Casgaris* itaque *Situs* hic est:

Longit.

Longit.	*Latit.*	*Regio.*	*Clima.*	*Autores.*
95. 25.	44. 0.	*Turquest.*	VI.	*Birun.*
96. 30.	44. 0.			*Alfaras.*
106. 30.	44. 0.	*Maurenabar.*	VI.	*Nassirodd.*

Vides, unam eandemque *latitudinem* Urbis hujus esse; illamque sub unum idemque *clima* referri. De *regione* nihil est, quod sollicitemus. *Turquestania* enim sub *Maurenabará* comprehensa est. *Maurenabara* enim est, quicquid terrarûm ultrà *Oxum* situm est. Præthereà Casgarum alii *Chatajæ* tribunt. *v. suprà p. 31. b.* alii *Chorasmiæ*, alii *Uzbekiæ*. *Longitudinis* differentia nulla est inter *Alfarassi* & *Nassiroddini*, quem Ulugbeigus sequitur, tabulas. Alter enim ab *Insulis Fortunatis*; à *litore maris Atlantici* alter meridianorum calculum deducit, uti alibi dixi.

2. Jam *India Gangetica* (neque enim credibile est, Arabsjadem Indiæ vocem latius accipere) *ad Austrum Casgaris est.* Sicut *Kandahar*, Indiæ Metropolis, ferè rectà sub *Casgare* sita sit. Habet enim Longitudinem 107. 40. Ut *paulò Orientalior* sit *Casgaro*.

3. Itaque Chatajàm ad Boream Casgari sitam esse oportet, cum Sinæ ad Vulturnum sitæ sint. Quod si Chatajæ nomine Sinas intelligere malles, *India Kalmuckorum terra esset*, quod absurdum.

c. *Quòd Casgar inter Chatajam & Balachschanum sit.*

Eodem recidit, quod idem *Arabsjades p. 79.* tradit: Casgarum sitam esse inter *Chatajæ* & *Balachschani* regna *v. supr. p. 54.* *Balachschanum* enim urbs est, & regnum ad Indiæ fines, ubi *Oxi* & *Jaxartis fontes* sunt. Venetus *Balasciam* vocat, de quà *vid. Commentar.* Urbs isthæc sub *longitudine grad. 104. scrup. 24.* sita est, & *paulò occidentalior Casgaro.* Sed quia & isthæc ad Casgari austrum est, Chataja sic quidem Sina esse nequit.

d. *Quòd Græcorum de CATHEA relationes multum abludant à Situ* SINARUM.

Sed si *Græcos* consulamus scriptores, variè quidem de *Cathea*, quam vocant, *Situ* illi scribunt. In eò tamen conveniunt, quòd secundum eorum narrata *Cathéa procul sit extra Sinas. Strabo* ergò tradit Catheam secundum quosdam

dam inter *Hydaſpem* & *Aceſinem* ſitam fuiſſe, ſecundum alios ultrà *Aceſinem*. Imò & *Hyarotidem* (Quem orientem verſus *Hypanis*, *Hyphaſis* aliis dictis, ſequitur.) Sunt hi omnes fluvii, quos omnes *Indus* recipit. Ponamus primam ſententiam falſam eſſe. Siquidem inter *Hydaſpem* & *Aceſinem Pori* terra fuerit. Illius nempe, quem Alexander vicerat. Ponamus item Catheam ad *Hypanis*, ultimi fluviorum, qui in *Indum* ruunt, citimum ſitam fuiſſe latus, Nam ultrà Hypanim locari nequit. Quandoquidem Alexander, qui *Catheam* quidem, ſive illud *Sophitis regnum* fuerit, ſive aliud quoddam, utique occupavit, ultrà Hypanim tamen haud pervenit. Sed quantum terræ fuit iſtos Catheos inter & *Sinas* ? Primum *Gandaris* erat, uti *Strabo* tradit. Deinde tota *intrà Gangem India*. Ut & illa quæ *extrà Gangem* eſt. Cui tandem *Sinæ* ab oriente in occidentem confines ſunt. *Ptol.* VII. 2. 3. *Gandaris* alterius *Pori* erat, qui conſobrinus erat Pori ab Alexandri capti, Sita ultrà *Hyarotidem*. *Strabo l. c.* *Gandaræ* verò inter *Suaſtum* & *Indum* habitabant. Etiam cis *Hydaſpem*. vid. Ptol. VII. 1. Quare de *Gangaridis* Strabonis locum nonnulli intelligunt. *Gangaridæ* circà oſtia Gangis erant. *Gangarides Plinio* dicti. Rex eorum potentisſimus. Quem invadere Alexander non audebat, *Curtio* ac *Diodoro* teſtibus. Quod credibilius foret, ſi Alexander ad Gangem usque proceſſiſſet, uti *Craterus* ſcripſerat. Sed Strabonis lectionem veriorem puto, ac Gandaridem inter Hydaspem ac Hypanim ſitam fuiſſe. Ceterum de Longitudine inter *Indum*, qui Hypanim quoque recipit, & *Gangem*, Luſitanorum & Hiſpanorum ſuperiore ſeculo controverſia erat. Nimirum conventum erat, ut diviſis inter Caſtiliæ & Luſitaniæ Reges Indiis, Primo vero Meridiano in 36. gradu ad Occidentem *Ulysſiponis* conſtituto Caſtiliani ad 180. gradus Occidentem verſus; Luſitani, ad totidem Orientem verſus navigarent. *Magellanus* vero cum ad Hiſpanorum tranſiiſſet partes, demonſtrandum ſuſcipiebat, quòd Luſitani, *Moluccas* occupantes, iniquè agerent. Quod ita probaturus erat. Sunt, inquit, à primô meridiano gradus 36. Sunt Ulysſipone ad Indum gradus 90. Sunt inter Indum & Gangem gradus 30. ſecundum *Ptolemæum*. Sunt à Gange ad extimas Moluccas gradus 32. Summa verò graduum 188. eſt. Quare Luſitani octo gradus amplius quàm parerat, occuparunt. Luſitani contra ad *Experientiam* provocabant, contendentes Intervallum Indi & Gangis vix 10. graduum eſſe. Sed vid. de his *Oſorius*, *Maximil. Tranſylv: Mariana*, *Maffæus*. Nunc de *Ptolemaicô intervallô* haud dubium

bium quidem est, quin mendosum sit Attamen satis distantiæ est. Sed longè major terræ tractus est, qui *Gange* & *Sinis* intercipitur. Et secundum Ptolemæum quidem *Extimum Gangis ostium*, quod *Antiboli* dicitur, Longitudinem graduum 148. scrup. 30. habet; Limes verò *Magni Sinus*, qui *Sinas* & *Indiam extrà Gangem* dirimit, graduum 173. Ut intercapedo sit 24. graduum & 30. scrupulorum. Itaque *Cathea Græcorum* vel sic Sina esse nequit. Quod tamen D. *Golio* planè visum est. Ita enim scribit: *Animadversione non indignum* (est,) *Cathæorum nomen inde à multâ antiquitate notum fuisse & celebratum Græcis; illis præcipuè, qui de rebus Alexandri scripserunt. Hunc enim perhibent in Cathæorum usq; ditiones protulisse arma: Quas quidem non ita Q. Curtius appellat libro* 10. (leg. *9.*) *sed Sophitis regnum, quod prorsus cùm illis idem esse ex libro XV. Strab. haud dubiè apparet; ita dictum nomine Regis, ut idem inquit, qui tunc temporis* Καθία, *Cathayo imperabat. Id ipsum regnum optimis legibus moribusque fuisse rectum, & gentem præ ceteris sapientiâ excelluisse, eodem loco Curtius & Diodorus Siculus lib. XVII. tradunt. Quod verò ad Situ͂ spectat, eum auctores omnes referunt ad Indiæ fines atq; extrema cogniti eô tempore Orientis. Ptolemæus Geograph. lib. VI. cap. 15.* χαίτας, *Chatas Seris proximos Scythas esse scribit; prout hoc Scytharum nomen ad illas usque ultimas mundi plagas protendi solet. Si verò non ita exactè rem definiverint, ac quidem requiri possit; Id nemini mirum videbitur cogitanti, quod eodem libri XV. loco Strabo agnoscat:* Propter ignorantiam & longinquitatem nihil de illis locis certo & accurate traditum esse, &c. *Hæc ille.* Pressiꝰ adhuc *Hornius* procedit, qui *Cathéam Suchuenam* esse contendit, Sinarum provinciam. *v. suprà p. 59. a. 60. b.* Ast quî Alexander in Sinas penetraverit, qui Hypanim, nedum Gangem, haud transierit? CHATÆ verò, quorum *Ptolemæus* VI. 15. meminit, nec Καθέοι erant, nec *Sinæ*. Chatæ enim *Scythæ* erant sub regione *Casiâ*, ad occidentem *Serica*, quæ suprà Sinas erat; *Cathéi*, Indi *cis Gangem, &* multum infrà Sericæ Parallelum. De *Sinis* peculiari capite *Ptolemæus. Tertio* nempe *libri septimo*. Idem ejusdem libri cap. 1. *Chatriæorum* suprà *Pulindas Agriophagos* meminit. Eos *Catheos* Strabonis, & *Chatæros* Diodori esse, sunt qui affirmant. Quod verisimilius est.

Sunt adhuc plura, quæ suadeăt, *Chatajam non esse Sinam*. Ut, quòd ad *occidentem Disia* sita esse scribitur & ad *septentrionem montium Belbar*. Sed hæc rectius è Mappâ Geographicâ intelligentur. Sequitur nunc

7. *Cambalu, Chataja Metropolim ac regiam*

non fuisse *Pequinum Sinarum.* Quæ si fuisset, næ frustrà esset omnis disputatio. *vid. p. 30. b.* Fuisse tamen, *Martinii* ac aliorum sententia est. Nec pauca sunt, quæ asserto ferè fidem faciant. Talia sunt:

1. *Nomen. Cambalu* enim *Chani urbem* significat, veluti in *Glossario* dixi. *Pequinum* verò *regia* est *Chani Sinici*, ut ita loquar, ipsoque *Pequini* nomine *Borealis regia* denotatur, *ut suprà dictum est. p. 8. b.* Hic insuper notemus: *Pequinum* & *Paquinum* indifferenter dici; Aliquando & *Peking* & *Paking*, *Pekim* & *Pakim*, *Pechin* & *Pequin*, scribi. *Nassiroddinus* vero & *Ulugbejges* urbis meminerunt, quam uterque
Arab. * *Pangiu*, *Sinarum regiam* vocant. Suntque etiam alii Astronomorum ac Geographorum Orienta-
Arab. lium, qui * *Bengju* scribant. Sed incertam esse hanc scripturam, D. *Golius* testis est *Comm. ad Alferg.* p. 176. Ibidemque docet, plures intelligi posse urbes, si vel ita vel aliter scriptum sit ab autoribus. *Nanchinum* nempe, *Pechinum*, *Pegu*, *Quanci*, *Jamçeu*, *Nangan*, *Taichon*. Fuerunt etiam (quod ille conijcit) plures in *Sinarum* regno *Regiæ*:

Sub *Aboriginibus*, Paoting.
Sub *Hiá*, Chaifung, prima quintæ, & Nanyang, septima quintæ.
Sub *Xangâ*, Taming, septima primæ.
sub *Chevâ*, Taiyuen, prima secundæ, sedes fratrum Imperatoris, & Sigan, prima tertiæ.
sub *Haná*, Quanghan, prima sextæ, & Focheu, undecimæ prima,
sub *Cy*, Cinan, prima quartæ.
sub *Il*, Kienye, prima nonæ.
sub *Ciná*, Hienyang, quæ est *Sigan.*
sub *Tangâ*, Peking, prima secundæ, & Haocheu, quinta secundæ, æstiva sedes.
sub *Sungâ*, Lingan, prima decimæ, & Mopang, decima nil decimæ quintæ.
sub *Jvená*, Juning, octava quintæ.
sub *Taimingâ*, Taiyven, prima secundæ, sedes filii.
Lugan, quarta secundæ, sedes consanguinei.
Gueihoei, quarta quintæ.
Hoaiking. quinta quintæ.
Uuchang. prima septimæ.

Kien-

Kienchang, Sexta octavæ
Peking, prima primæ.

Pekinum autem primus regiam elegit *Taiçungus*, *Taimingarum secundus*. Idq; cum circà annum Domini 1404. *Nankinum* relinqueret. Scil. ut eò melius Tartaros nuperè expulsos aditu arcere posset. Urbique à Taimingis demum Pekini nomen impositum est. Quod luculento argumento est, *Nassiroddinum*, ejusque continuatorem *Ulugbejgem* de *Pequino* non cogitâsse. Nassiroddinus enim circà annum Domini 1261. floruit, quum nondum regum Sinicorum quisquam Pequini resedisset. *Alferganus* quoque, antiquior adhuc scriptor Regiæ, Sinarum meminit, & ejus, non *nomen* quidem, attamen *Situm* exprimit. Nam *Elem: Astron. cap. 9.* tradit, eam ad *Australes Sinarum* partes, sub *climate primo* sitam esse. A quô Pequinum longè abest. Sed & regia, cujus Nassiroddinus meminit, sub climate II. ab ipso ponitur. Videturque *Pegu* ab ipso innui. Namque hoc vocabulum vicinissimū est corruptæ proculdubio voci Arabicæ. Ac tantum literâ *Je* pro literâ *Nun* reponenda est. *Pegu* v. regia est regni *Pegu*. Hoc fortè Sinis olim adhæsit. Situm v. est sub *climate secundo*. Et Arabibus Indiæ terminos præternavigantibus primùm occurrebat. Fortè & *Siamenses* seu *Siones* Sinas dixerunt. Satis obiter.

2. *Magnitudo* & *Ambitus*. Neq; minor in stupenda magnitudine est consensus. Ita Gol. *l. 6. pp. Cambalu* itaq; valdè magna est, & incredibilis vastitatis. *p. 29. b. Pequinum* verò amplissimam quoq; civitatem esse, αὐτόπταις passim proditum est. *Cambalu* XXIV. milliaria complectitur. Ita ut quodlibet lat9 sex cōtineat milliaria Italica. P. *Venet:* II. 10. Imo *Nicolaus Venet9* 28. milliaria ambitui ej9 tribuit. *Pequinēsiū* verò mæniorū unumquodq; latus *viginti* stadia Sinensia, conficit. hoc est $4\frac{4}{5}$ Italica miliaria. Nā 25. Stadia Sinica faciunt sex milliaria Italica; & milliare Italicum $4\frac{1}{6}$. Stadia continet. Adeoque ambitus Pequini *octoginta* stadiorum est, hoc est, mill. $19\frac{1}{5}$. Quod propè ad Venetorum computum accedit. *Martinius* verò, cum Pequini ambitum quadraginta, & latitudinem viginti stadiis definiret (*Atlantis* p. 23. a.) proculdubio erravit.

3. *Clima*. Tertium D. Golii argumentum à *Situ* desumtum est. De quâ in hunc modum scribit: *Catayorum, metropolim, C'an Balek, Abulfeda ita subjicit climati quarto, ut si inter discrepantes, quas de longitudine ejus & latitudine traditiones affert, medium teneamus, quàm proximè conspirent ambæ in eundem situm, qui urbi Peking ex*

L 2 *Obser-*

observationibus adscribitur in hoc Atlante (Martiniano puta.) *Addit: p.8.b.*

4. *Quadratura.* Figuram porrò urbis *Cambalu* quadratam fuisse, *Venetus* testatur, II. 10. & *Nicol. Venetus* p.9. Item de *Pekino* Martin: Atl. 23 a.m.

5. *Duodecim portæ. vid. P. Ven. II. 10. Neuhoff. 205. b.*

6. *Canales.* Canalibus frumentum ab urbe *Caigui* ad *aulam Chani* delatum esse, iterum Venetus tradit. II. 60. Similia de *Pequino* Martin: 23. a. pm.

7. *Murus.* V. Ven. II. 10. Martin. p. 23. b. Neuhoff. 205. a.

8. *Campana.* v. P. Ven. II. 10. deque *Pequinensi campanâ* Epist. *Ferdinandi Verbist* ad *Gruberum* apud *Kirch. Chin. Illustr.* p. 223.

9. *Aula* & *Regia.* Sed imprimis afferenda & conferenda videntur, quæ duo Veneti de Cambalensi, & Martinius & Nieuhofius de Pequinensi aulâ prodiderunt.

a. *Figura.* Est ergò utrinque *quadrata.* Et *Cambalensis* quidem secundum *P. Ven. II. 9. & N. Ven.* p 9. Sic *Pequinensis* sec. *Atl. p. 24. a.*

b. *Ambitus. Cambalensis* milliaria 4. conficit. Sic ut latus quodlibet unum complectatur milliare. Sic *Pequinensis* vastissima est, ut omnem nostratem apparatum superet Ambitus, XII. Ly, hoc est, mill. Ital. ferè tria.

c. *Murus Cambalensis.* a. Externus. 1. Valdè spissus. est. 2. altus passus decem. 3. Extrinseca facies alba & rubea. 4. in singulis quatuor muri angulis *fortalitium* est; Sic & in medio cujusque latere. Ibi arma asservantur. b. Internus, habet octo palatia pro jocalibus Regis. Eorum quatuor ad angulos muri; quatuor in mediis lateribus sunt. Hæc omnia *Venetus* habet. *Pequinensis* murus, Triplex altus. fortis. altior 15. pedibus. è lapidibus rubris, coctis, tectus verò flavis glestoq; incrustatis lateribus.

d. *Situs, Cambalensis porrò aula* in medio Civitatis Sita est, N. Ven. inque medio muri interni. P. Ven. *Pequ.* intrà alterum urbis murum. N. ad Borealem urbis partem vel potius intrà interiorē Australis regionis murum (urbicum) consurgit pœne pro urbis portis, & indè ad Borealem usque murum excurrit unde videri potest universam urbem occupare. Nam reliqua civitas ex utroque palatii latere diffunditur *Trig.*

e. *Arcus.* Ascendunt etiam quatuor arcus in aulâ *Camb.* è palatio Regio ad quatuor castella angularia muri, quò Rex necessitatis tempore confugere posset. Nic. Ven. De *Pequinensi* non memini me tale quod legere.

f *Portæ.* Portæ verò *Cambalensis* aulæ quinque sunt ad meridiē Civitatis. media soli regi patet. P. Ven. *Pequinensis*, Quatuor, ad quatuor mundi partes obversas. Maximo ex iis usui *Australis est.* Mart. quæq; earū à Vento Cardinali nomen habet. Nieuhof.

g. *Pala-*

g. *Palatium ipsum. Cambalense.* 1. Caret solario. 2. Pavimentum decem palmis altius reliquo fundo. 3. Tectum valdè altum & picturatum. 4. Ubique *Picturæ*, rerumque bellicarum Historiæ. 5. Parietes Auro & argento fulgent. 6. In aulâ majori 6000. circiter hominum *ad mensam* recumbunt. Similia de *Pequinensi* Martini9. Nam & Eximia ornamenta omnē nostratem apparatum superant. Dicuntur ibi esse ministrantium fœminarum 5000, imo hominum 15000. In inferiori penetrali multi visuntur marmorei & lapidei fornices, podia, ambulacra, columnæ ac statuæ non exiguo elaboratæ artificio. Tegulæ omnes luteo, hoc est, regio colore splendent, adeo ut aureæ procul aspectantibus videantur, Solis præsertim luce ad angulos æquales incidente. Quicquid è lignô est vel auro splendet, vel pretioso illo glutine Cie dicto illitum ad instar speculi micat. Plures quidem contignationes vix habent more nostro. Altissimæ tamen sunt domus, supra crassiores ac teretes calumnas extructæ, &c. Pavimentum crassioribus instratum asseribus, tribus ferè cubitis terra altius exsurgit. &c.

i. *Palatia alia.* Erant & alia in urbe *Cambalu* Palatia. 1. In monte nempè Viridi. 2. Juxta palatium regium; palatium sc. primogeniti Cublæ. P. Ven. *Pequini* quoq; multa sunt. Imperatoris, Reginæ legitimæ, Concubinarum quatuor, Imperatoricis Matris, juniorum Principum, &c.

i. *Intrà Muros Camb.* aulæ 1. *Horti*, erant in quibus varia alebantur animalia. 2. *Lacus* etiam ad Aquilonem, qui pisces varios alebat. 3. Fluvius denique, qui per illum lacum exiret & introiret, quiq; cratibus ferreis utrinq; communitus erat, ne pisces elaberentur. P. Ven. *Pequini* verò intrà duos primos eosque extimos muros sunt Custodes corporis, Eunuchi, eosque majoribus præfectis ingredi ad negotia inibi tractanda licet. Intrà ultimum, qui spatium longè majus ceteris pro cubiculis, hortis ac sylvis, lacubusque continet, habitat Rex. Hic nemo admittitur præter Eunuchos & mulieres, &c. Palatium permeat *Fluvius arte* introductus, magnarum etiam navium patiens, per interiores palatii partes in varios distributus canales, &c. Multos hic illic iambit artifice manu extructos *montes*, &c. Mart. De *Nemore* & *Foro* Palatii vid. Idem Atl. 24. b. m. f.

k. *Extra palatium* Cambal. *Monticulus* altitudine centum passuum est, ambitu milliaris. Semper viridis. Eò Cubla exquisitissimas radices transplantaverat. Dicitur que *mons viridis*. Distat palatio leucâ unâ P. Ven. *Montium* circa Pequinum *arte factorum* meminit Nieuhof Sed ad hæc omnia responderi possit: Ad *primum* quidem; Cambalu plures

potuisse dici urbes, si quæque *Chani regia*, Cambalu dicenda fuisset. *Ad secundum*: Fuisse ibi locorum etiam alias urbes ingentes. Pequinum certè à *Nanquino* magnitudine superatur, & ab urbe *Hangcheu*. Ad *tertium*: Incertam quidem esse Arabum de situ *Chanbalec* relationem. Attamen nullam situi *Pequini* respondere. Quare designatas utriusque *Longitudines* & *Latitudines* conferamus.

CAMBALU.

Long.		*Lat.*		*Clim.*	*Autores*
124.	0.	46.	0.	VI.	Nasfir. & Ulugb.
124.	0.	46.	0.	IV.	Harair *ap. Abulf.*
130.	0.	35.	25.		Ibn Said *ibid*,
156.	0.	35.	24.		Abulfed.*ap. Gol.*
		35.	0.		Abulf. *ap. Ramus.*

PEQUINUM.

145.	0.				Martin. *Mapp.*
146.	0.	39.	59.		id.*p. 3. a.*
149.	0.	39.	59.		id.*p. 22. b.*

Ad *quartum*, *quintum*, *sextum* & *septimum*. Fuerunt etiam plures urbes, quæ *quadratæ figuræ* & *duodecim portarum*; *Canalibus* etiam & *muris* ornatæ essent. Ad *octavum*. Campana verò Pequinensis anno Domini 1403. demum fusa est. Eo tempore, quo Tajçungus aulam illuc transtulit. Quare Venetus de eâ loqui non potuit. Ad *nonum & ejusmodi alia*. Reliqua incerta sunt.

Quod autem *Cambalu alia quàm Pequinum* sit, ista suadent: 1. quòd Cambalu sita fuerit ad magnũ aliquod *flumen*. 2. quòd procul ab *Oceano*. 3. quòd haud procul a montibus *Belhar*, et similia, quæ Pequino vel planè non, vel non adeò conveniunt. Interea variæ de *Cambalu* urbis *Situ* extant conjecturæ. 1. His *Pequinum* est. 2. Aliis *Almalech*, quæ Mangonis regia erat, Haythone autore. Hanc Cambalam esse *Kircherus* affirmat, Chin. illustr. p. 93. a. f. Sed oppido falsum est. Est enim *Almalech* Turquestaniæ urbs & procul urbe *Cambalu*. Vel si Cambalu est, quomodo Cambalu Pequinum, uti & ipse volebat, esse potest? Fortè inde error est, quod Cambalu aliàs *Ardbalig* quoque diceretur, *Juchasin*. 3. *Hornius* tradit

dit, Cambalu esse Ptolemæi *Sambalicam.* *Orig. Amer. p. 244.* Ptolemæus verò duarum urbium meminit, quas ambas *Sambalacas* vocat, unam *Prasiaces*; alterum *Mandalarum.* Sed utraque intrà Gangem erat. v. Ptol. VII. 1. 4. Æquè ut SANGALA, Cathæorum urbs, cujus *Arianus* meminit, quæq; Ptolemæi, vel *Sagala* in Pandavis, vel *Sigalla* in Mandalis erat. 5. Solet etiam à Geographis ad *Obium* COMBALICH urbs sub Kitaisko poni. Mihi quid videatur, capite ultimo dicam.

13. *Judicia Colorum.*

Tandem ex *Judiciis Cycli diarii Electivi*, quæ *superius p. 49.* designavi, etiam illud constat, Chatajos *Candidum* colorem pro *felicissimo* habuisse. Confirmat hoc *Marcus Paulus.* *Libri* namque *secundi* cap. XV. *Festi Tartarici* meminit, quod *magnus Chan Chamintus* cum suis in urbe *Cambalu* (v. cap. 16.) in *albis vestibus* celebrare sit solitus, ideoque *Festum Alborum* nuncupaverint. Nam *credunt*, ait, *vestem albam bonum habere fatum.* Ejusdem ominis causa sub eandem festivitatem Tartari Chano *albos equos* magno numerô, ac sibi invicem *alba dona* offerebant. Chanus etiam decem millia amplius *albarum equarum* alebat. Hæc idem *Venetus l. c.* & *I. 65.* De *Elephanto albo*, cujus causa Rex Peguanus Siamensem bellô petierat, leg. *Lindscboten. cap. 17.* Nunc autem *Sinæ Candidum* colorem in *luctu* habent; *Flavum* verò pro *felicissimo*. Ita *Martinius*: *Lætioris*, ait, *coloris vicem flavus subit vel cæruleus. Vestes candidæ, non ut inter Europæos hilaritatis, sed mæroris argumentum sunt. Hist. Sin. p. 30. vid. p. 17. & Gloss. meum sacrum p. 56.* Ceterum aliàs *diversa* diversarum gentium *judicia* sunt de *Coloribus.* Diversa etiam earundem populorum in diversis *casibus.* Sic apud *Malabares albus* color Diabolorum est; *niger* DEI. *Ven.* III. 28. Sic *Æthiopes* candidi coloris gentem metuunt, *Vaticinio* quasi territi, *que gente blanca baziendo los labradores, hos han de echar fuera de Etiopia.* ita *Sandovallus.* Ob simile vaticinium *Turcæ* sibi à gente metuunt, quam *figlivoli biondi* vocant: *Wallich. Vit. Mob. p. 137.* Sunt autem ii *Christiani*, de quibus aliud *Vaticinium* inter illos circumfertur, quod *Georgevitzius prodidit. v. Glossar. meum sacrum p. 51.*

14. *Kalendæ Anniversariæ.*

Nunc à *Festo Alborum* ad *Kalendas Anniversarias*, quibus illud celebrabatur, pervenio. Hæ in *Kalendas Februarii* quotannis incidebant, quod *Venetus* bis affirmat. II. 14. 15. *Sinæ* verò annum cum *Noviluis*

vilunio Martii mensis exordiuntur. Ita *Scarlantus*. Quod tamen falsum. Ut & illud, quòd Sinæ sub Novilunium, quod nonum Aprilis diem vel præcedit vel sequitur proximè, novi anni festum celebrant. Ita *Nieuhof. scil. p. 275. b.* Sed idem p. 131. a. tradit, se in pagum *Saupoo* Sinarum venisse eô die, quô ceu primo die Novilunii Novi anni festum celebratum sit; Hunc verò fuisse diem 25. Maij anni 1656. Quod priori asserto non respondet, Putarim autem Sinas tunc festum * *Tzonu* celebrasse. Id enim fieri solet *die quinto mensis quinti*, qui est 25. Maij, ut ex dicendis patebit. Confirmant meam conjecturam *Majuma* vel *Naumachia*, quarum meminit. Eæ enim hujus festi sunt. Porrò pag. 183. b. Neuhof. fidem facit *diem 16. Mensis sexti Sinici*, *sextum* secundum Nos *Augusti* ejusdem anni fuisse. Quô posito, Novi anni festum circà *21. Januarii* fuisset. Idque verisimilius. Sinæ enim Novum annum, festumque rusticale * *Hinchun* iis ceremoniis, quas Nieuhof. p. 131. enarrat, eô die celebrant, quô Sol *medium Aquarii Signum* ingreditur. *Martin. Hist. Sin.* 287. vel quô *15. Aquarii gradum* occupat. Idem p. 17. vel eô die, quo *Luminarium conjunctio* fit proximè decimum quintum Aquarii gradum. *Idem p. 22.* Idque ex instituto *Chuenhioi* regis, qui circà annum ante Christum 2513. floruit. *ib.* Idem *Tangus*, Xangarum primus, instituit. Nempe ut *Luna* prima, quæ solstitio hyemali vicinior foret, anni initium esset. *ib. p. 60.* Tantùm *XIUS*, Cinarum primus, idem in *primam Lunarem in Sagittario conjunctionem* rejectum voluit. *ib.* p. 212. Sed recentiores Sinæ post tot anni & Kalendarii correctiones (*v. Mart. Hist. Sin.* p. 22. *in Trigaut: liter. è Sin. p. 174.*) tandem in medio Aquarii substiterunt. Idem cum Sinis *Tunchinenses* observant. Incidit q; apud illos anni exordium in medium Hyberni solstitii & æquinoctii verni; diem verò quintum Februarii (styli novi) dummodo Novilunium sit. *Alex. de Rhodes Hist. Tunchin.* l. 3. Huc spectat, quòd *mensis Sinici octavi dies 29.* quô Recreditivæ Sinicæ quibus Batavorum legati dimittebantur datæ erant, diei 16. Octobris anni 1657. respondisse colligitur è *Neuhof. p. 201. b. 203. a.* Ita enim Sinicum anni initium circa 20. Januarii diem fuisse oportet. Ergò Sinicum anni Exordium *vagum* est propter *Neomeniarum* respectû; Chataicum verò *fixum* fuit & Kalendis Februariis quotannis celebrandum. Unde? equidem non divino. Id constat, alias quoque gentes ita consuevisse. a. *Romani* enim priscâ superstitione *Kalendas Februarii* Februando & lustrando feriabantur, easque à *Candelarum* multitudine

* Sin.

* Sin.

dine *Kalendas Lucerninas* appellabant. b. Pòst *Christiani Veteres* iisdem Kalendis (hoc est, septimo Mechir) Nativitatem & Baptisinum D. JESU celebrabant. *vid. Clem. Alex. Tertull. adv. Marc. IV.* c. *Japones* quoque, Kalendis Februarii Anni 1565. Annum auspicabantur, novique anni Initium à die *nonâ lunæ usque ad vicesimam* (veluti Sinæ tàm *Plenilunii*, quàm *Novilunii* diem celebrant) feriebantur. Donis regem (non minus) honorantes (quàm Tartari Chanum.) *Alois: Froes ep. ejus anni.*

15. *Christiani in Chatajâ, eorumque Patriarcha.*

Claudat hanc partem *Religio*, de quâ coeptum est dici p. 57. Christianos verò quam plurimos in Cathajâ fuisse, vel inde constat, quod Pontifex Armenus, quem *Catholicam* vocant, in *Chatajâ* non minus quàm *Indiâ* Patriarcham ex Armenia destinatum habuerit, *Josepho Indo* apud *Cadamustum* cap. 133. teste. Nunc autem pauci in *Sinis* Christiani fuerunt. Venetus non nisi tres Ecclesias, & in *Mangi* quidem, reperit. Unicam in urbe *Quinsay*; duas in *Cingiansu*, noviter tùm extructas. *Riccius* etiam, Jesuita, quum ipsi de *Crucis Adoratoribus* sermo esset cum *Israelitâ Sinicô*, trium tantùm *locorum* mentio fiebat, ubi tales haberentur. Hæc erant *Caifumfu* in *Honan*, *Lincino* in *Sciantũ*, & alia in *Sciansi* civitas. Longè plures verò & passim in *Tartariâ* viciniisque regionibus reperti sunt Christiani. *Armenorum* etiam studium, quod *Conversioni Tartaros* impenderint, imprimis commendatur. Christiani etiam, qui ibi locorum degebant, Armenorum propagines fuisse videntur. Communiter enim *Crucis adoratores* vocabantur, & Rex gentis, quem Presbyterum Johannem vulgò vocant, * *Prêstar chan*, hoc est, *Adoratorum Imperator*. Armeni verò ab olim *Chazinzanii* dicti sunt, hoc est, σταυρολάτραι. *vid. not. meas ad AZIZ. num.* 24. & ad *Ep. Mosis Mardeni p. 17.* Certum est Christianos illos *crucem* imprimis (neglectis Imaginibus aliis, *Cadam.* 133.) veneratos esse. a. Tonsura Catholici Armeni in formam crucis est. *Cad l.c.* b. Insigne labari Najamici crux erat. *Ven.* II. 4. c. Solebant etiam *Staurolatræ* in *Sinis* crucem digito signare cibum potumque usurpaturi. *Trig. è Riccii ore.* Hi verò in Sinis TERSAI à Saracenis vocabantur. *Trig.* Eodem nomine, quô Christiani Armeni in Perside appellabantur, Armeno quodam, quem Trigautius laudat, teste. Indeque *Trigautius* colligit, *Crucis adoratores ex Armeniâ esse, cumque Tartaris in Sinas irrupisse.* Qui cum causam appellationis nescire se fateatur, *videsis not. ad*

* Arab.

Azizum num. 14. A *Sinis* verò æquè ut *Judæi* & *Saraceni* HOEI dicebantur. Quæ vox quid notet, iterum se ignorare *Trigautius* fatetur. Significat autem *Tartaros, Casgarenses* maximè, *Casgaro* autem & Christiani & Judæi & Turcæ in Sinas penetrarunt. *v. Comm. voc. Hoei.*

Ceterum de *Armenorum Catholicô*, ejusq; per *Indiam* & *Chatajam Episcopatu* præter *Cadamustum* vix est, qui quidquam publicè scriptū reliquerit. *Thomæorum* etiam qui in India sunt, Archiepiscopus Patriarchæ Mosulensi seu Babylonicô aliquando subfuit. *Abil-Isu* certè, Mosulensis Patriarcha, quem anno Domini 1562. vixisse constat, Jurisdictionem Indicam sibi vendicabat, *Sandero* teste *l. VII. de visibili Monarchiâ.* Attamen *Indos* à Catholicô Armenô pendere, sunt qui tradant. *v. Morin. Ordin. 435.* *Armenorum* etiam circà *Tartarorum Conversionem* præcipuum ab olim studium fuit. *Haitho* certè, Armeniæ Rex, *Mangonem* ejusque familiam ad Christianismam perduxit. *Haitho cap. 24.* Ceterum in *Monumenti Sinici* Limbo Syriaco *Catholici Patriarchæ* mentio fit, cui Anan Jesu nomen fuerit cujus etiam tempore Monumentum illud confectum sit. An ille, si quis fuit ejus nominis, *Armenorum Catholicus* fuerit, non liquet. *Athanasius* etiam *Kircherus* hæret, sitne *Alexandrinus*, an *Antiochenus* aut *Babylonius* Patriarcha intelligendus. *Chin. Ill. 43. a. Prodrom. Copt. 77.*

Hactenus affatim de iis quoq;, quæ suadent: Chatajam non fuisse Sinas.

§. 17. Itaque non mirum est, quòd, qui *Chatajæ Situm* tradere voluerunt. 1. *alter alteri*, imò 2. *sibimet ipsis, contradicant*; *Mappæ* verò *Geographicæ* circà Chatajæ, urbiumque Chataicarum, aliarumque quas è Veneto desumserunt, nihil sani contineant, ac similiter 3. *Aliæ ab aliis* multùm discrepent, imò 4. *Ejusdem autoris*, si quando mappæ editionem repetiit.

a. *Dominicus* sanè *Marius Niger* planè reprehendit eos, qui Catayum Sinas esse volunt. *Geogr. l. VIII. p. 562. s.* Ipse verò vult *Cambalech Ptolemæi Seram* esse. p. 564.

b. Illi verò, qui ex professo quæstionem hanc tractarunt, vel *variè loqui* vel etiam *sibimet contradicere* deprehenduntur *v. supr. p. 5. a.* Talia sunt istæ *Kircheri* & *Hornii* Ἀβελτήσεις.

KIRCHERI:

1. Cathaja est *Jagog & Magog.* Prodr. 96. marg. ill. 47. b. m.

Cathaja nihil aliud quàm *China* est. Ill. 60. a. marg.

2. Cathaja est *Tartaria.* Prodr. 121.

Cathaja est intrà *Tebeticum regnum*, Prodr. p. 99.

HOR-

HORNII.

1. Chanbalik est *Karakurum*. Arc. N.291. ppr. Est *Paquin*. Orig. Am. 231. O.P.IV.18. & 473. Est *Taydu*, postquam in alterâ ripâ Pulisangi condita est. Orig. 231.

2. Cathæa est *Suchuen* Arc. 435. 283. est *Serica*. O. P. IV. 18. est *extrà murum* Arc. 348. m. 434. m. 453. est *Sinæ*. Arc. 286. m. 425. m. 444. f. 278. m. complectitur *Tebetam*. Arc. 461.

c. Quòd si *Mappas* conferre allubescat, invenias *Chatajam* ab aliquibus ad *occidentem Sinæ Borealis* poni, & è regione Pequini; ab aliis ad *Occidentem Sinæ Australis*, & è regione *Nanquini*; ab aliis ad *Septentrionem Sinarum* & *suprà murum*.

d. Vide, si placet, & confer unius *Nicol. Piscatoris* Tabulas, & advertes Chatajæ Situm perquàm variare.

SENTENTIA AUCTORIS.

§. 18. Ac, ut tandem, quod ipse sentio, in medium proferam, tria mihi restare videntur. *Observanda* nempe, *Asserta*, & *Responsa* ad illa, quæ etiam nunc objici possint.

1. OBSERVANDA.

Omninò itaque probè *observandum* censeo:

a. *Primum*, quòd laudatorum Historiæ Chataicæ scriptorum plerique *nec Sinas nec Chatajam viderint*. Hoc ipsimet fatentur, verbis: NON VIDI, *Joh. Barb.* NON AUDIVIMUS, *Cadam.* Ex MERCATORUM RELATIONIBUS, *Ibn Said.* NULLUS PENITUS invenitur, qui ASSERAT SE VIDISSE. *Haytho.* &c. Ergò nec mirum est, quòd ita variè scribant.

b. Observandum *deinde* & hoc est, quòd *propria terrarum, populorumque nomina* sæpè *latius*, quàm origo ferebat, imò *latiùsimè* accipi, variasque gentes complecti *Salmas. de Hellen. p. 373.* Idque vel solius *vicinitatis* ergò, vel ex *errore* quôdam, vel quia gens altera cùm alterâ quidquam *commune* habet. Sic 1. EUROPÆI cujuscunque nationis *FRANCI ab Asiaticis populis ap- Arab. pellantur. *Portugalli* verbi causâ, *Itali*, *Batavi*, *Germani*. Non minus ac *Galli*. Sic 2. GRÆCI eorumque vicini * RUMI, seu *Romani* ab Arab. orientalibus dicuntur. Vart. VI. 14. Inde videlicet, quòd, cum Imperii Romani sedes *Byzantium* translatum esset, ipsa urbs hæc *nova* Roma, ac *Thracia Romania* appellaretur. *vid. Gol. ad Alferg. p. 16.* Sic 3. SCYTHIA tertiam orbis partem, Borealem putà & Extremum Orientem jam olim denotabat, *Ammiano Marcellino* teste. Nec 4. minus latè

sumta sunt ALAMANNORUM, CELTARUM, GRÆCORUM, CANANÆORUM, TEUTONUM, HUNNORUM, TURCARUM, TARTARORUMQ; vocabula, quæ ab initio unam duntaxat gentem, pòst immensas terras denotabant. Etiam 5. *Persæ* SINENSIUM nomine nonnunquam omnem extremam Asiam complectuntur. Adeoque *Busbequius* non immerito verebatur, ne erro ille Turcicus, cum de *Cathajâ* quæreretur, de *VICINA* aliquâ aliâ *regione* respondisset. Quæ nempe Cathajæ nomine ab ipsô comprehensa esset.

c. Observatum quoque est, *regiones urbesq;* nonnullas *diversimodè appellatas* esse. Sive quod aliunde per graves expeditiones à novis *Colonis* occupatæ essent, sive *eodem tempore*. Idque tàm à *gente suâ* quàm ab *exteris*.

1. De *Coloniis*, quæ nova *locis* nomina fecerint res planè manifesta est, Ac innumeris constat exemplis, si quis antiquam omnium ætatum, novamque Geographiam conferre velit.

2. *Eandem* verò *gentem* suam ipsius terram diversis subinde nominibus designare, etiam *sacris* doceri potest monumentis. *vid. Glassium Gramm. Sacr. p. 824 s.* Sinis verò hoc ipsum maximè omnium frequens est. De quô ingentem exemplorum copiam in *Synonymiâ Sinicâ* congessi.

3. *Exteros* verò vicinarum gentium terras aliis quàm patriis nominibus designare non minus certum est. *vid. Deut. II. 20. III. 9.* Nunc recentia tantum tangam Exempla. Ea verò nomina, quibus exteri vicinorum terras designant, vel *aliud* significant in alterius gentis Linguâ, vel idem significant.

a. *Prioris* exemplum est, quòd *Barbariam* vocamus, quæ olim pars *Africa minor* dicta fuit, pars *Mauritania*, pars *Numidia* &c. *Barbaria* verò à Syris, Arabibus, denique & Romanis appellata est, sive quod peregrini sermonis essent, sive improborum morum, sive solius Peregrinitatis ergò. *vid. Gol. ad Alferg. p. 92.* Eâdem ratione Arabes quosvis, quorum linguam non intelligunt, [illegible] *Agemios*, hoc est, Barbaros, vocant; sed *Persas* κατ' ἐξοχήν. *v. Gol. l. c. p. 2.* *Sinæ* verò vel peregrinarum gentium rarò meminerunt; tùm vel ejusce vocabula ad genium Linguæ suum sive *inflectunt*, sive etiam *decurtant*, e.g. *Tata* dicentes pro *Tartaria*, *Olanca* pro *Hollandia*, *Falank* pro *Francia* & *Francus*, (Nam sic & illi Chranos Europæos vocant) *Han* pro *Samarcanda*, vel, quod frequentissimè faciunt, *alia* adhibent, *nomina*, quibus quomodocunque terræ gentisque indolem exprimunt. Sic

Tar-

Tartaros Nucieu, *Japones Vocu* per contemtum vocant. Martin. *Hist. Sin.* 312. Judæam * *Cyn* at * *Tacyn* & * *Tacynkue* vocant; *Europam Sy.* Hunc verò in modum *Sinas Chatajam* & *Pequinum Cambalu* à Tartaris aliisque dictas esse non pauci judicant. Solent

Sin. Sin. Sin.

b. *Deinde* nonnunquam ipsa *hominum*, *locorumq;* Propria nomina appellativè reddi à scriptoribus extraneis. Ac tùm idem significant domestica & perigrina nomina. *vid. Glossar. sacr. p. 33. f.* Quibus exemplis ista addantur: 1. *Eperjes*, Fragopolis, Comaropolis. 2. *Novgorod*, Neapolis. 3. *Krolewiec*, *Regiomontum*. Eâque ratione dici possit, Catajam Sinas esse, siquidem utraque vox idem significare videatur. Nam *Chatajam* nonnulli etiam *Kitajam* vocant. Kitay verò *medium Ruthenicè* significat, hoc est, idem quod *Chung*, proprium Sinarum nomen.

d. Probè etiam distinguenda sunt *Chatajorum*, *Gothorum*, *Scytharum*, *Getarum*, *Gjagatæorum*, *Zagathajorum*, *Sachatæorum*, *Catheorum*, & similia vocabula, quæ *Soni* quidem *vicinitatem* aliquam habent, sed nonnunquam pravè confunduntur. *vid. supr. p. 1. b.* De *Catheis* an *Chataji* sint, *vid. supr. p. 79. b.* *Getas* haudquaquam *Gothos* fuisse *Laz.* l. X. & *Clüv. Germ.* p. 626. docent. *Sachatai*, quos *Chalcocondylas* appellat, Sogdiani erant. *Zagathai* illa ipsa *Sogd*, seu *Sogdiana* est. De *Getis Arabum* ad Orientem Distæ, deque *Gjagatæis*, *vid. Supplem. Thes. Ortel.* Quare *Chatajorum* nomen ab his omnibus abstrahendum est.

e. Observetur porrò SINARUM *Nomen*, *etiam extrà Sinas*, *jam olim notum adeoque nec opus fuisse*, *ut Sinarum sive pars sive regnum totum Chataja appellaretur.*

1. Sinarum patrium nomen *Cunghoa* est, & *Cunque*. Prioris character hic * est; Posterioris iste * Utrumque pro diversitate nationum, quarum cives de his rebus scripserunt, variè exprimitur. Prius nempe ita: *Chunghoa*. *Chunchoa*. *Ciumhoa*. *Chiumhea*. Posterius hisce modis: *Cungque*. *Chungque*. *Ciumquo*. *Chumkue*. *Cumano*. Prius, *Martinio* autore, *medium hortum*, vel *florem* potius, significat: Posterius, *medium* regnum. Hæc communia maximè & stabilia Sinarum in ipsis Sinis fuerunt nomina. Sed accesserunt subinde alia, atque alia. De quibus item jam mox dicam.

Syn. Syn.

2. Nunc tenendum est: Sinas ab ipsis Sinis etiam absolutè *Chung* dici, hoc est, *medium*. Volunt enim Sinæ terram suam ORBIS, (an Planitiei hujus universi,) UMBILICUM esse. A. 1. b. Quodtamen *Judæis* quoque de *Judæâ*, *Græcis* de *Delphis*

vnum est. Vid. *Seld. Jur. Nat. & Gent. III. 2.* quæque ipse diffusius in hanc rem scripsi *Comm. de Gogo ad Scrutinii Fatorum Gogi p. 17.* Reliquæ duæ voces *hoa* & *que* adscititiæ sunt ac aliquid aliud significant. Ac Sin *Hoa* quidem sub hoc charactere * *cre-* Sin. *ationem*; sub isto * *ornatum* significat. Uterque etiam *Sinas* denotat in *Marmore Sinico*. Prior, *Col.* XXIV. *num.* 32. Posterior, VI. 42. Ideoq; malim *Chungboa* vel *Medium Creaturarum*, seu *terræ* exponere, vel per appositionem: *Sinæ*, quæ & *Hoa* dicuntur. Uti & *Chungque* exponendum est. Nempe: *Sinæ, regnum*. Nam *que* seu *kue* regnum notat, & regnorum nominibus adhæret. Nam uti *nos* dicimus Teutschland / Franckreich &c. ac *Turca*; *Persch filaët*, Austria, *Rumvilaget*, Græcia, &c. v. *Kircher. Prodr. 76. Chin. ill. 42. b.* ita *Sinæ Chungkue*, *Sinæ. Cynkue*, *Judæa regnum*. *Chung* verò, vel circiter, etiam ab Extraneis vocantur. *Cochinchinensibus* nempe, *Siamensibus* &c.

3. Ceterum *vocis* CHUNG ejusque characteris *Sonus* adeò variè ab exteris, quando nostratibus literis scribunt, exprimitur, ut, qui hujus ignari sunt, in tantâ confusione faci lè hæreant. Sed reverà *idem Sonus* est, eandemque *Sinarum* terram notat, quicquid *syllabarum* sequitur, quibus alii atque alii utuntur in hâc materiâ. Scribunt ergò

1. *Hebræi*, antiquiores סין *Sîn*; Recentiores צין *Zîn*. 2. *Arabes* * Arab. *Essín*. 3. *Persæ*, Turcæ, Tartari * *Tschîn*. 4. *Armeni* * *Scín*. 5. *Græci*: Arab. Arm. Σῖναι, Ptolem. VII. 3. & ante eum Marcianus, ὁ περιηγητής. Θῖναι, Strabo II. pr. p. 46. 47. NTZIN' Chrysococcas. Τζινίτζα, Cosmas Monachus. Θῖνα, Arian. in Peripl. Θῖναι, Urbs Sinarum, Ptol. VII. 3. 6. *Syri* * *Zinostan*. 7. *Nostrates*: Syr. *Cym*, Ven. MS. *Sym*, Haytho. *Cimum*, Joseph. Barb. *Kimi*, Vinc. Bel. XXX. 78. *Chiaus*, Eman. Rex Lusit. CHINA, Lusitani, CINA, Itali. TZINA, Olearius. XUN, Salmas. præf. de ann. Clim. SINGTEI, Mendoza. SCHINÆ, Maximil. Transylv. ep. de Moluccis.

Præterea *Chum*, *Chun*, *Chung*, *cung*, *chiam*, *cium*, *xun*, & *xin*, idem sunt. Tàm variè autem *character* ille, qui *Sinas* notat, à nostratibus exprimi solet. Ista è *Glossario* repetere volui, quòd hujus loci essent. Ibi verò p. 35. seq. vide, si placet, Quomodo *Esaias* quoque *Sinensium* meminerit.

Vides regni hujus nomen tribus literarum elementis absolvi, sed eas diversi modè exprimi. Sed quis Cadmæas illas μεταθέσεις nescit? Literarum I, Y, El & U, aut M & N alternationes nec nunc exemplis demon-

monstrabo. Hoc tantùm notandum est, quod voces, quæ secundum Sinas in NG terminantur, hodienum ejus loco literam *M*, vel *N* in fine habeant in aliquorum scriptis. Ut & illud, quod eodem sonò gaudeant istæ literæ: *Hebræorum* antiquorum Samech, *Arabum* Sad (in vocib. exoticis, inque exterorum oribus) Turcarum *Armenorum* SC. Lusitanorum Ch. Italorum C ante I. Olearii TZ. Eôdem etiam X. & SCH. Et sunt qui velint literarum Ξ & Ψ Sonos vulgares invertendos esse, veluti *Speudo-Propheta* nonnemo dicit pro *Pseudo-Propheta*. D. *Gol.* ad Alf. p. 2. & præf. Hist. Tamerl. Præterea C. & K, itéq; S. Z. & SCH haud rarò alternant. Quòd etiam *Theta* & *Sigma* conspirent, ac olim alternarint, etiam circà hoc ipsum Sinarum nomen, *vid. Salmas. Hellen. 367. Scal. ad Euseb. 319. Horn. orig. Am. IV. 4. pr.* Adde Siculoes ὄρνιχες pro ὄρνιθες dixisse. *Tei* tandem in voce Singtei; N, in voce Ντζιν, τζα in voce τζινίτζα, *Ostan* in Zinostan, addita menta quædam sunt, de quibus non est quod nunc sollicitem.

Arab. Arm.

4. Novi *China* seu *Sinarum* nomini alias quæri ORIGINES, quàm quòd à voce CHUNG sit.

a. Quidam vocem Sionibus acceptam ferunt. His enim *regio præcellens*, *Chin* dicitur.

b. Placet aliis *Chinchen*, urbis nomen.

c. Aliis *Chinch*, salutandi verbum Sinicum.

d. Plausibilior *Martinii* conjectura est: Sinas à *Cinarum* familia nomen habere. *vid. Atl. 1. b. 39. a. Hist. Sin. 195.* Maximè, quia Fohius, primarum Sinarum Imperator urbe *C'in* prodiit. Quid si similiter dicamus XUNUM, octavum Imperatorum, qui primus Sinas in XII. provincias divisit, de suô nomine terræ nomen fecisse? Sed consisto in *origine vocis*, quam dixi. Nec uberius hoc demonstrandum arbitror, ubi dubium vix amplius esse queat, neque ultrà *Isaaco Vossio* suscribi, quòd affirmat, *in toto Sinarum regno Sinarum nomen hoc ignotum esse, imò merâ factum esse imperitiâ, ut Vastum illud gerum imperium Sinarum nomine cognoscatur. ad Mela I. 2. p. 8.*

4. Sinarum verò nomen etiam extrà Sinas notum fuisse, è superioribus ex parte liquet. Nunc *Auctores* ipsos, qui Sinarum olim meminerunt, nominabo. Fuerunt suprà

a. *Esaias*, Propheta.

b. *Ptolemæus*, *Strabo*; *Arrianus*, *Chrysoccas*, *Cosmas*. *Græci* scriptores. *Ne*

c. *Venetum* & *Haythonem* dicam.

His addendi sunt

d. *Hebræi*.

e. *Syri*

c. *Syri* & *Arabes*.

a. De *Esaia* assertis adde *Horn. Orig. Amer.* 234. & præcipuè *Arc. Noa p.* 53. 441.

b. De *Ptolemæo* aliisque Veterum Græcorum liticulam movet *Isaacus Vossius*. Contendit enim *Sinas vel Thinas Veteribus celebratos non esse, qui hodiè vulgò sic audiant, sed regnum illud, quod* Siam *vel* Sian *appelletur hodiè*, ad *Melæ* II. 2. Quod *Ursinus* Junior, (an pater,) ambabus, quod ajunt, & ipse hîc ait, ulnis amplectitur, *Diatrib. de Scrib. p.* 361.

c. Porrò *Veneti* ac *Haythonus* testimonia supra habes *p.* 69. *b.*

d. Venio ad *Hebræos*. 1. *Tudelensis* ergò egregiè terræ hujus meminit. *Inde*, inquit, (ab Insulis כנרג quarum incolæ *Ignicolæ* sunt & דוגבין vocantur.) ad terram אלצין *Sinarum* quadraginta diætæ sunt. *Hæc Orientis finis est. Et sunt qui dicant: Esse ibi mare, quod* X ים הנקפא (Fretū, *Arias M.*) *appelletur; illiq; dominari stellam* כסיל (Arcturus;) *unde ibi multoties turbo exeat, qui præsentissima navis & vitæ discrimina afferat*. Sequuntur aliqua de *Gryphe*, quæ fabulosa fortasse sunt. Pòst addit: *Inde ad* גינגלה *diætæ tres terrâ, vel mari* 15. *Inde ad* כולן *diætæ septem per mare. Inde ad* זביר *diætæ* 12. *Inde in Indiam diætæ octo. Est ea* ביבשה *in continente, qui* עראן (*Baghdaan*, Arias M. Leg. *in Aden*) *dicitur*. Hæc ille p m. 171. Quem de *Sinis* loqui, nemini dubium esse potest. Singularem verò *Venti* ad illas oras vehementiam etiam alii memorant. Ejusdem regionis meminit Autor libri *Cusri* Parte I. §. 57. 61. II. §. 19. ut & R. *Meir Aldabi* Tolet. l. שבילי אטינה fol. 20. & R. *Abraham bar Chija* l. צורת הארץ cap. 6.

e. In *Syrorum* libris, quos ego vidi, *Sinarum* quidem nomen sive hoc sive aliud non memini me legere. Huc tamen, si fides foret, referendus esset *Limbus Syriacus*, qui *Marmor Sinicum* ambit. Ibi enim regnum, de quô agitur, * *Zinostan* dicitur, & Syr.
incolæ * *Zina*. Scriptum autem hoc Syr
perhibent circà annum Christi 780.

f. *Arabes* verò sœpius Sinarum meminerunt. Neque

1. *Firuzabadius* nomen hoc preterire potuit, cum * *Porcellanarum* Arab.
meminisset. *v. suprà p.* 76. *a*.

2. Porrò *Eutychius* Sinicæ Scripturæ meminit, T. II. p. 12. Narrat item, *Jezdegirdum*, Persarum Regem, cum de Adventu Saadi Ibn Wakkasi audisset, familiam thesaurosque in *Sinam* deportanda dedisse. T. II. 296.

3. 4. Sequuntur Autor libri *Tarich Adam* & *Mirchondus*. Qui ambo

Sina-

Sinarum Origines, etsi procul dubio confictas neque invicem congruentes, tradunt. Uterque Sinas à Japeto deducit, *Sinumq;* Japeti, *hic* filium; *ille* nepotem fuisse fingit. *v. Supplem. Thes. Ortel. voc.* Mangi.

5. *Medici* quoque *Arabes plantarum Sinicarum* nonnunquam meminerunt. *vid. addenda ad pag. 55. b.*

6. Sœpissimè vero Sinas tangit, qui *Geographiam*, quam *Nubiensem* vocant, sive ipse condidit, sive ex *Al. Edrisio* excerpsit. Ibi passim ac integris capitibus *urbium*, *fluminum*, *rerumque* aliàs *Sinicarum* luculenta habetur recensio.

7 His adde *Gregorii Abul Fargii Dynastias*, quas *Pokockius* edidit, *Abulfedam* præfat. Tabb. p. 4. *Arabsjadem, Albacentum, Nasiroddinum, Ulugbeigem &c. Sadum* quoque è Persis, *Azizum* è Tartaris, *ut supr. p. 70. a.*

f. Postremum & hoc observandum est. Nempe, quòd *Asiæ Septentrio* ferè incognitus sit; Inde verò *incognitorum locorum nomina tanto magis cognitis* tributa sint. *Posterius* hoc innumeris exemplis probari possit. *Prius* in confesso est. *Hornius* certè, cum dixisset, Mogolum Regionum è quâ Tartari primum progressi essent, suprà Cathay septentrionem versus sitam esse, in hunc modum pergit: *Sed ea adeò vel adhuc incognita nobis est, vel tam fabulosè descripta, ut satius sit de illa tacere, quàm non satis explorata referre. Ille enim septentrionalis Asiæ angulus, nullis humanis viribus hactenus rectè exexplorari potuit, & incertum etiamnum est, ubinã Asia versus illam partem terminetur, & quæ terrarum suprà Chinam facies sit.* Hæc ille. Ac parum est, quod *Arabum* scripta subministrant, *recentesq; Peregrinationes* aut *Navigationes*, ex quibus nonnisi *littora* quædam cognoscimus. Utinam *Navigationes Zemblanæ* successissent! Neque n. de successu omninò desperandum est. Vid. quæ de *Nave Indicâ*, quæ Coss. Metello & Afranio in Germaniam appulit, disputant. Etsi, quidam volunt qòud nõ fretô, sed terrâ coëant Asia & America. *Isthmo* enim eas conjungi Kircherus suspicatur. *Prodr. p. 100. Verba vid. add. K.* Quæ autem *Mathematicæ* illæ sint *rationes*, quæ ipsum hujus penè convicerint, equidem non video. Hispani etiam de regnis *Anian*, *Cibola*, *Quiviræ* scripserunt, quòd amplissimè versus Asiam extenderentur. *Freto* contrà dividi has terras *credibilius* est secundum alios. Illud verò ad promontorium *Tabin* aut Gatajam esse, *Laetio* verisimile fit. Qui addit *angustum* hoc esse, nec *Gaditano* aut *Magellanico* patentius. Collegerunt hoc *Zemlo Nautæ* ex duplici Nassavici freti æstu. *Franciscus*

N

cificus Gvalle vero è cursu *Maris Pacifici*, & è *Cetis* aliisq; ejus loci animalib9, quippe quæ circà freta frequenter versari solent. Attamen alii dubitant, an fretum hoc, Anian dictũ, in rerum natura sit. Alii planè confictum volunt. *Oceano* verò Asiam ab Americâ dividi volunt. Sed *Sinæ* tradunt, Asiam continentem ad sex stadiorum millia, ultrà Leaotung Coeciam versus extendi. Nec addunt, an spatium illud *freto* vel *Oceano* terminatur, an *continens terra* ulterius se porrigat. Sed *satis* jam *observandorum*.

II. ASSERTA.

§. 19. His itaque præmissis, lubens equidem fateor, multos propè autorum superius laudatorum esse quorum narrationes, quas de *Chataja* posteritati reliquerunt, *nonnisi de Sinâ* accipi possint.

I. *Chatav*. propriè gens quædam Tartarica fuit, veluti *Mogul, Tebet*, & plures aliæ. *v. suppl. Thes. Ortel. voc.* Tartari.

II. Hinc *Chataja* nomen.

III. Hæc erat ad *Orientem veterum Mogolum*; vel, uti apud *Thevenotum* legitur: *A l'Est & à Nord-Est de la Chine*.

IV. Erat etiam Pars *Tartariæ rubra*. Ejus enim tres partes erant: *Keyat, Iatzu, Mugal. Schildb. c. 30.* Hæ sunt: *Mogul, Jeso*, *Kathay*. Sola vox Keyat nimis corrupta est. Neque tamen dubito, quin autor ille *Karthey* scripserit, ut cap. 19. facit.

V. Eam *Karakitajam* & *Catajam* indifferenter vocat Rubruquis. Hodiè *Niuche*, & *Niulhan* dicitur.

VI. Sinæ Tartariam istam *Kin* vocabant, hoc est, *auream*.

VII. Hinc *Altunibani*. v. p. 61. a.

VIII. His devictis *Gingischanidæ* Chatajæ titulum usurpârunt, *Magniq; Chataje Chani* dicti sunt.

IX. Cumque hi *Sinas* quoque occupassent, Chataja dici cœpit etiam regio illa.

X. Imò *Chataje* nomen adeò *latè* sumtum est indies, ut immensas terras comprehenderet supra infraq; murum Sinicum, & ad latus illius.

XI. *Cambalu* verò, Chatajæ novè dictæ Metropolis est, aut sanè fuit. Erat tamen extra desertum *Xamo*, & Pequino aliquot gradibus borealior.

XII. Ad *Obium* verò nulla *Combalich* est, nulla *Karakitay*. Erroris occasio Lacus Kitaisko est.

Quæ omnia rectius demonstrare possem, siquidem *Commentarii*, quos in *Venetum* paro, exiissent, neque nunc propter alias quoque causas scribendi filum abrumpendum esset.

III. RE-

III. RESPONSIO ad illa, quæ etiam nunc objici queant.

§. 10. Nunc tantùm etiam de iis cogitandum eſt, quæ huic ſententiæ vel quàm maximè obſtare videbantur.

I. Palmarium eſt, quòd *Tartaria illa Vetus* non habitetur urbicatim, quòdque Tartari locum locô ſubinde mutent, ſicque *pecorum*, quorum illis magna copia, maxima cura eſt, neceſſitati provideant. Sed hoc non omninò ſic ſe habet. Nam fuerunt ibi, extrà deſertum *Xamo* nempe, *Karakarum*, aliæq; quas Venetus memorat, *Lançame* item, *Mancherule*, *Uquacbing*, *Muoncheu*. Sub *Ivenis* etiam *centum & viginti quatuor* Civitates in Tartariâ conditæ ſunt. E ſpoliis nempe Sinicis. Nec jam urbes memorabo, quas Venetus in illâ Tartariâ circum circa reperit. Imò multis ſeculis ante *Hiaoui* auſpiciis non tantùm aliquot *caſtra* extra murum in Tanyu à Sinis condita ſunt, ut Tartaris eò fortius reſiſterent, ſed & Urbes, è quibus duæ erant: *Jungya & Lienyung*, quas Mappæ Sinicæ etiamnum exhibent. *Tanyu* verò Tartariæ *KIN* vicina eſt. Et à Sinis *Tam* nominatim appellatur. Ea ſecundum Martinium, ab *Imais* ad fretum usque *Anian* extenditur. Ac ita *KIN* complecteretur, ſed reverà terminatur ad orientem fluvio *Quentung*; ad Occidentem deſerto *Xamo*, ut *Venetus* & *Anderſonius* docent.

II. Dices: *Chatajam Tartaricam* à Sinis potius nomen accepiſſe, quòd *Coloniæ* Sinicæ frequenter eò deductæ ſint. Certè *Homius* in hanc ſententiam ſic ſcribit:

Kamkataj omnem illam Tartariæ partem, quæ inter arénoſum deſertum Xamo & murum Sinicum jacet, complectitur. In hanc regionem ſextus ex familia Hana Imperator Hiaouus, debellatâ majori parte Tartariæ, Coloniam Sinenſem deduxit; & extructis urbibus, duos duces ibi reges creavit. Atq; hinc regio illa Kataj & Karakataj ab exteris dicta fuit, quia ſex boreales Sinarum Provinciæ à Turcis, Tartaris & Saracenis Cataj dicuntur. Hæc ille. Qui, quod *Martinius* conjecerat, planè aſſerit. *v. Hiſt. Sin. Martin. 317.* De *Coloniis* res certa eſt. Denominatio Karakatajæ non item. Quid ſi dicamus Chatajam propriè dictam tùm demum Karachatajam appellatam eſſe, cum Sina cœpiſſet Chataja dici? Certè Sina etiam *Mogul flava* dicitur, poſtquam à Mogolibus, hoc eſt, Tartaris occupata fuit.

III. Posfit etiam *Abulfedæ Autoritas* objici, quippe qui *Chanbalicæ* è traditione *IbnSaidi ElMagrebi* eum longitudinis & latitudinis modum tribuat, ut illam non nisi intrà Sinas fuisse necessum sit. Estque *Abulfedas* ille in rebus Geographicis maximi quidem faciendus Sed accidit illius Tabulis quod *Ptolemaicis*. Valde enim depravatas esse, omnes nôrunt, qui viderunt, & Editiones vel interse vel cum certisſimis aliorum observationibus, contulerunt. Longitudo etiam Chanbalicæ, quam idem Abulfedas è Tabulis *Hamir* affert, multò certior est. Nam exactè convenit cum iis, quæ *Naſſiroddinus*, & *Ulugbeiges* huc de re habent. *Naſſiroddinus* verò & *Pauli Veneti* coætaneus fuit, & rerum experientisſimus, quippe qui penè omnia ipse oculis lustraverat, pedibusque peragraverat. Etiam magnæ autoritatis erat apud *HAllagum*, Cublæ (vel Mangonis, *Haytho*) fratrem. Itaque celeberrimos undiquaque conscribebat Mathematicos. Eratque Collegiorum per universas Mogolici seu Tartarici Imperii ditiones Rector. Ita *Abul-Fargius*. *Mohammed Schah-Cholgius* verò Nasſiroddini tabulas omnibus aliis disertè præfert. Numeros etiam *Ibn-Saidi* depravatos esse, vel inde constat, quòd apud eundem Abulfedam in Exegesi tradit: *Kara Karum Tartariæ metropolin esse, ad cujus latus Mogolorum regiones, è quibus Chani prodierint, sita sint.* Cùm enim *Karakum Tartaricæ* sit ditionis, & extrà Chinam, imò suprà eandem, quidni Cambalu, quæ quinque gradibus & undecim scrupulis secundum ipsum *Ibn-Saidum* borealior est?

IV. Tandem nec hoc prætereundem erat, quod *argumenta*, quæ *pro Sinâ maxima roboris* esse videbantur, *non adeò omni exceptione mamajora sint*. *Linguam* dico & *Epocham*. Nec enim vocabula illa, quæ *Chataica* dicuntur, & *verè Sinica* sunt, ideò nos cogunt, ut dicamus Chatajam Sinas esle Chataji enim, ut *Chronologiæ rationem*, ita & *terminos* à Sinis mutuari poterant, veluti nos Germani *Januarios*, *Februarios*, *Epactas* & alia à Romanis accepimus, nec ideò Romani sumus, Ne dicam, Chatajos terminis quibusdam aliis uti, qui Sinici non sunt, sed *Turcici* & *Tartarici*. *Chatajos* verò, quòd Sinicum *Computi Chronologici modum* usurparent, non ideo Sinas esse conveniebat.

a. Utuntur enim eodem *Nomades*, *Turcæ*, *Scythæ*, quod ipse *Martinius* tradit. Utebantur eôdem *Jguræi* unà cũ *Turquestanis*, *Ulugbeige teste*. Imò *Turquestanos* expeditiores hâc in arte fuisse, & exquisitius temporum rationem tractasse, idem fidem facit. *Indos* verò jam olim quinis denis diebus menses determinasse, ac tamen

plena

plena annorum spatia servasse, ex *Curtio* suprà *p. 38. b.* indicavi. Nec opus est, ut Jndorum nomine SINAS intelligamus. Videntur & *Malabares* simili æra usi esse. Quos diem in LX. partes distribuisse *Cadamustus* refert, *cap. 134. fin.*

b. Discrepare etiam videntur Sinæ in *annis MUNDI*. Nam secundum sententiam *Chatajorum* ab orbe conditô ad annum Christi 1444. usq; *Venni* 8863. præterlapsi sunt, & anni insuper 9860. Hi sunt anni in universum 88639860. Sinæ verò à creato Mundo ad *Cungfutium*, qui circà annum ante Christum 551. vixit, annos 5267000. numerant, adeoque ad annum Christi suprà dictum nonnisi annos 5262000, seu Vennos 526. & annos amplius 2000.

c. Ceterum *prodigiosæ temporum Periodi* etiam aliis gentibus usitatæ sunt. Est periodus centies mille an-
Br. norum, quam Brachmanes * *Laches* vocant. *Eman. Pigneir. Epist.* Eorundem commentum est: Mundum *quatuor* secula duraturum esse, jamque transiisse *primum*, quod septendecim Laches, & 28000. annos, & *secundum*, quod decem Laches, & 92006. (al. 96000.) annos; ac *tertium*, quod Octo Laches, ac 4000. (al. 64000.) annos durasset; ex *quarto* etiam (quatuor Laches duraturo) jammodò cum anno, quem nuper cœpimus, *millesimo sexcentesimo septuagesimo* annos 4775. (al. 4800.) præteriisse.

Sed & *Persæ* quidam innumeras annorum Periodos comminiscuntur.

d. Imò discrepat in multis Chataja & Sinica *Temporum ratio*.

1. *Anni* Chataji *veri solares* sunt, definiti secundum motum solis à puncto Zodiaci ad idem punctum. Ita *Ulugbejges*. Sinenses verò *Lunares*, ut olim apud Hebræos. Ita *Trigautius*. Qui *Lunasolarem* voluit dicere. Nam *quantitas* Anni solaris est; *Modus* Lunaris. Siquidem Sinæ & Indi annum ad Lunæ cursum describunt. Eorumque Neomenias * ἀπὸ φά- Ar.
σεως σελήνης putant. *Ignat. Antioch.*

2. Anni Chataji dierum sunt 365. & *Fenacorum* præterea 2436. (*Ulugb*) hoc est, horarum nostratium 5. scrup. 50, 47, 2, 27. (I II III IIII) *Sinenses* tribus minutorum millionibus & 652575 insuper minutis absolvuntur. (*Trig.*) hoc est, diebus 365, scrupulis verò diariis 2575.

3. *Chataji* dodecaëteridem Animalium Nominibus insigniunt. supr. p. 38. b. Nam ita *Arabsjades*. p. 435. Sinæ non item.

EXETE KPINATE.

Benevole Lector.

Constitueram isthunc libellum & *nervosius* & *locupletius* edere. *Nervosius*, siquidem *Thesauri Orteliani supplementum*, sine quô circà tot barbara, varièque contorta remotissimorum locorum populorumque vocabula non hærere nequeas, unà prodiisset. *Locupletius*, ita ut *Argumentum* opusculi præmitterem & *Indices* adderem tùm rerum, tum vocum. Nam & ideò *Arabicas*, *Armenicas*, *Brachmanicas*, *Sinicas*, *Syriacasq;*, quæ adhibendæ erant, voces Asterismis in textu, & literis ad margines notavi, ut, characteres earum patrios in gratiam eorum, qui Linguarum cupidi sunt, seorsim & secundum seriem paginarum adjicerem. Nunc, ubi propter intervenientia præpedimenta neutrum ex animi sententiâ præstare licuit, magna etiam pars in hanc rem dicendorum deferenda fuit, præsentibus utere, donec faventior fortasse nobis aura spiret. Intereà memineris 1. me, cum Sinicarum urbium facienda fuit mentio, eas, verbi causa, *octavam quintæ*, *sextam septimæ*, & ita porrò, vocâsse; intelligendum verò esse sub *priore* adjectivo urbis; sub *posteriore* Provinciæ numerum. Et hoc secundum illam distributionem, quam *Martinius* è *Sinensium Geographis* prodidit. Ibi verò propria singularum nomina invenire datum est. Deinde 2. velim, *Addendorum* quæ subtexui, *signa*, antequam ad lectionem libri te accingas, locis, quò referenda sunt ipsa addenda, appingi, sicque lectionem, si placet, institui. Adddenda erant plura. Sed *nemo reprehensus est*, *qui è segete stipulam reliquit ad spicilegium*, quæ *Varronis* verba sunt. 3. Indifferenter etiam à me scriptum est: a. *China*, *Sina*, *Sina*. b. *Chamus*, *Chanus*. c. *Tartarus*, *Tatarus*. d. *Chataja*, *Cathaja*. Sed in *Chataja vocabulo* Arabes sequi malui. 4. Circà allegationem Autorum, qui de Chataja scripserunt, & pag. nonâ recensentur, notabis, quod non semper *paginas editionum* allegaverim, sed *lineas bujus meæ editionis*. Aut *vide pag. 28. princip.* Vale, & sequentia tolle, si placet.

Extantiora ERRATA Typographica.

1.	a.	Vel is ipse.	*vel Hoccota.*
	b.	Josaphato	*Josepho.*
2.	a.	Dromochætes.	*Dromichætes.*
	b.	Carchiræi	*Charchirai.*
		Chapheritæ.	*Hapherita.*
		Mechamatini	*Mehamatini.*
3.	b.	Capt.	*Copt.*
		libr. X.	*Lib. IX.*
4.	a.	Maurchanaræ	*Maurenabara.*
		Vicinæ	*Viciniores.*
		Dynastæ	*Dynasta.*
9.	m.	Tamerlani militavit.	*Tamerlanis Historiam scripsit.*
		item	*ipsi.*
		1445	*1345.*
29.	a.	Arabsjâ.	*Arabsjade.*
18.	m.	& Catajum	*est Catayum*
		libr. II. Cap. XV.	*libr. VI. Cap. XIV.*
		Cap. XXX.	*Cap. XX.*
20.	m.	manibus	*navibus.*
32.	a.	Montes	*Urbem.*
34.	a.	suprà	*propè.*
35.	b.	Genevensi	*Genuensi.*
55.	b.	Zedoria.	*Zedoaria.*
56.	b.	jam supra dictum.	*infrà dicam.*
72.	a.	IV. dies verò 11. Aug.	*V. dies verò 17. Februarii*
91.	b.	desumpserunt	*adde* Situm.
96.	b.	אטונה	אמונה

SOLI DEO GLORIA.

*

Idéa alius cujusdam libelli, cujus occasione isthic *de Chatajâ* cœptus est.

* * *

Examen
MONUMENTI illius MARMOREI,
SINICI ac partim *SYRIACI*,
Quod
præsentis decimi septimi seculi
anno XXV.
terris in China erutum,
Quòdque Catholica, uti illa sub Romano Pontifice habetur, fides, cujus summam exhibet: à mille annis & ante ipsis Sinis prædicata fuerit, documento esse scribitur.

CAP. I. Historia lapidis. *Quando* scilicet, *ubi* & quâ *occasione* inventus sit. *Materia, Figura, quantitas, scriptura, variæ editiones, versiones, Commentarii, Testes, Argumentum, Encomia, Sinistra judicia, Autor, Stylus, Tempus*, quô momimentum exactum esse narratur.

CAP. II. Textus, Latinè, uti ap. *Athanasium Kircherum* extat, sed passim emendatus. Adjecti sunt insuper numeri, qui in editione Kircheri deficiebant.

CAP. III. Indices Commentarii, in quibus universa lapidis contenta in classes digesta sunt; singula verè secundum *Antiquitates* Ecclesiarum, orientalium maximè, *rationem* item *temp.* Sinis usitatam, *Linguæ* & *Characterum* Sinicorum genium & similia examinantur. Est autem Index primus *Theologicus*; alter *Onomasticus* vel Prosopographicus, tertius *Historicus* seu summa Antiquitatum, quas Autor tractat, quartus *Geographicus*, quintus *Physicus* & rerum naturalium, sextus *Chronologicus*.

CAPUT IV. Elenchus observationum *Philologicarum*, quæ Linguam & Lectionem Sinicam spectant.

*

Strabo, *Libro XI.*

Τὸ δὲ πόῤῥω δυσέλεγχτον

*

A. Pag. 1. a. *med. post vocem* Nostratibus.

Cathai, *Cathay*, *Kythai*, *Kitaja*.

B. p. 1. a. *post med. ante voces:* 7. Neque dubitant.

Multò certè corruptius istud Chatajæ nomen ab aliquibus traditum est. Legitur enim in unicô *Veneti* capite, undecimo nempe libri secundi, *CHAM*, in edit. Basil. *CATHAM*, in edit. Reinecc. *CATHAY*, in MS. & edit. Ital. ac Germ. Prætereà legitur etiam *KEYAT*, & *CARTOGO* ap. *Schildbergerum*; *NATAY*, ap. *Orlandinum* *LEYTHAI* ap. *Vincentium* Beluac. Quæ similiter deperdita Chatajæ nomina esse videntur.

C. p. 1. b. ad finem paragraphi. tert. Huc refer *Heytzigbothan* Schildbergeri c. 30. Is urbem quandam Tartariæ ingentem sic vocari scribit. Fuitque proculdubio Chatajæ Chotenæ metropolis aliqua.

D. P. 1. b. *med. ante vocem* Hononymia.

An tamen omnia hæc nomina eandem omninò *terram gentemque* significent, videbitur, ubi de *Veterum CATHEA*, deque *LAONICI* τοῖς χαταίοις agendum erit.

E. p. 1. b. *fin. post verba* Ptolemæus meminit.

Vid. *Dom: Marius* libr. VI. p. 546. Porrò *Chata*, gens Germanica, *Ptol.* II. 11. *CATHAY*, familia Hungarica. *Cathos*, Soldanus Cumanus primus, *Haytho* cap 52. ubi *COTHOS* in edit. Reinecc. legitur. * *Cath* Chorasmicè urbem significat. *vid. Glossarium*. Arab.

F. Ad p. 2. a. m. *Post verba*: Eamque conjecturam &c.

Sed nihil, inquit, *mirabilius & pro hâc* (Americanorum puta ex Chatajis) *origine clarius quàm ipsum Kitaja nomen in Americâ.* Et paulò post: *In Americâ quamplurimi Catainorum populi. Nam in nova Mexico* Zaguati & Passaguati: *In Charcis Peruviæ* Diagutæ, Chiguitæ, *In Guiana* Cassiapagotæ, Eparagoti, Aracoagoti. *In Cumana* Patigutæ, Gotoguanei, Manogoto, Comanagotta, *Floridæ* Ologata. *Quæ ex* Cotanorum & Kitanorum *nominibus expressa esse nemo negabit. Quemadmodum & in illa Asia* Kaimachitæ, Chazalgitæ Choffciachitæ, Torchoscitæ, Odhcoscitæ *à Nubiensi ponuntur. Ut Kitainorum nomen multis receptum fuisse populis necesse sit. Igitur illi Gotani & Kitaini ex continente in Iaponicas insulas venerunt: intra quas uno* Goto *est: Cujus incola* Gotani. *Inde in Oppositam Americam, ubi in tot, ut diximus, genera divisi sunt. Sed & alibi Kitainorum memoria extat. Illi qui Novam Angliam tenent, Mare* Kithan, *naves* Kithonnek *vocant. Quod nomen à lacu* Kitha *mihi ductum videtur. Prope Xalisconem*

urbs Chita. *Et regni caput* Quito *sub ipso æquatore, celeberrima olim & cultissima: eique vicina* Annequito. *In Nova Granada Mare* Quito. *In S. Crux de la Sierra* Chiquito. *In Chuquiaba* Caracato, *ubi Karakithā Asiæ expressam habes. Et in Mediterranea Brasilia populi* Maraquìtes. *Ita ut Kitainos in America quærere idem sit ac in Italia Græcos, in Africa Phœnices. Passim enim occurrunt & populi, & urbes, Kitainorum nomine. Ut illam gentem frequenter olim in* Americam navigasse manifestum sit. *Hæc ille.*

F. p. 3. a. *fin. post vocem* Caspium mare.

Arab. Sic Turcæ Persas * *KESILBASSAS* vocant à *rubro* Tulipantorum *colore.* (Leoncl.) Tartari verò *JESSILBASSÆ* ab iisdem vocantur, hoc est, *viridia capita.* (Megis.) Nam Tartarica tegumenta capitum viridis in universum sunt coloris. Eoque ex singulari quodam jure, ceu qui ad Mohammedem genus suam referre queant, utuntur. Ita *Leonclavius.* Sed addit, Magnum Tartarorum *Chanum Chitainum,* qui & *Uluchan* vocari soleat, *KEZUSBASSAM, Kezienbassam* & Keszicbassam (ita enim scripturam variat ipse) appellari, hoc est, *filtrinum caput.* Sicque Tartaros Chitainos in genere nominari, à capitum tegumentis è *filtrò* factis. Mihi verò videtur, Tartaros *Jessilbassas* vulgò, *Kezusbassas* contumeliosè vocari. Præterea *KARABASSÆ* dicuntur *Iranei,* gentes infrà Oxum. v. infr. p. 37. b. Similiter * *Hind Sapher* dicitur *Kilan Persis,* hoc est, *India flava, Teixera* teste; Cetera India, nigra. *GALLI* etiam τὰ ξανθὰ ἔθνη olim dicebantur. Flavæ gentes, Urbicio in Tacticis. *v. Sched. de Dis Germ. Syngr. II. cap. 3. 4. & p. 17.* Ceterum, quomodo *Chataja,* & *Karakithay* differant, quæque *Karachataja* fuerit inferius demonstrandum est. Intereà Arab.

H. pag. 4. b. *pr. post verbum* complectitur.

Plerosque Geographos *Cathajum* & *Tenduc* confundere, *Kircherus* observavit, *Prodr. Copt. p. 91. f.*

I. p. 4. b. *Post voces* ann. 1586.

Georgius Gentius *Chitæam,* quam vocat, *antiquæ Turciæ* scil. *Turquestaniæ* tribuit. *Notis ad Rosar. p. 542. 608.* Aloysius Cadamustus Christianos illos, qui Calecutum procul inde mercatum venire solebant, *(v. Vart. VI. 14.) Tartaros è Rosciâ esse putabat. cap. 56.*

K. p. 4. b. m. *deletis verbis* Atque ex his omnibus &c.

Atq; ex his omnibus hucusq; dictis tandem concludo; Tartariam, Scythiam, Regiones Jagog, & Magog uno nomine Tartarico Cathai, (quod Regna significat montibus, & desertis

tis referta) *comprehendi. Dividitur autem Cathaia in majorem, & minorem. Majorem Cathajam immensa locorum hucusque inexploratorum intercapedine, à Caucaso inter latera videlicet Oceani Hyperborei, & montes Sinarum ad Oceanum Orientalem usque extensam, ibi in extremo Septentrionis angulo America isthmo quodam conjungi, ego mathematicis rationibus penè convictus existimo. Minor vero Cathaja majoris præcipua pars est, quam nos (quicquid alii dicant, qui cum Kithaisko seu nigra Cathaia eandem confundunt) cum P. P. Soc. Jesu, qui eam diligenter explorarunt, aliam esse non dicimus, quam eam videlicet regionem quæ Borealibus Sinis contermina, Thebet, cujus quoque paulo ante mentio facta est, vulgo appellatur.*

L. p. 5. a. *Post verba* Magog intelligi.

Ceterum, cum *Antonius Andrada Catajum* inquireret, in *Tebetham* pervenit, ibique subsistens Catajum eam appellavit. Scripsitque adeò *Novam detectionem Magni Camy* seu *regnorum Tibet.* Ita Expeditionem suam quam in Tibetum susceperat, vocat. *Hispanicè* autem scripsit, quod *Madriti* 1624. prodiit. Paulò pòst, anno nempe 1627. *Italicè* editus est libellus iste *Neapoli* per Ægidium Longum, & ex Italico *Polonicè Cracoviæ* per Frider. Szembec 1628. *Flandricè* verò per Jacobum Dyckium Gandavi 1631. Extat & ejusdem Andradæ epistola de ipsius in Tibetum reditu. Data nempe *Caparangua* 15. Augusti 1624. Ea item *Italicè* prodiit Romæ 1628. Ceterum Chatajam latius adhuc extendit *Brerewodus*, qui Casgarum, Samarcandam, Tanguthain, ipsamque Mangi, aliasque adhuc Veneto memoratas terras, Cathajæ provinciis annumerat. *Scrut. Relig. cap.* 10. *pr.*

M. p. 17. med.

Idem *Josephus Barbarus* Itiner. in Persiam p. m. 470. lin. 19. *delexi civibus, Pannorum è setâ textoribus maximè artificibus.* Qui posteà majori ex parte operas suas conficiunt ex materiâ, quam in India, Persia, Zagathaj, Cimo & Macimo, partim etiam Catajo, Bursia & Turcia coëmerunt.

Idem p. 465. lin. 24. seq.

Jussit me Assambejus Rex assidere reliquis aulicis, ibique in linteolo *Balanitas* 12. *Olivarum* magnitudinem habentes, præstantissimi coloris, produxit. Ex *Gemma carattos* 50. vel 60. singulæ ponderabant. Sed aliam addidit reliquis forma & magnitudine præstantiorem, utpote quæ *duarum unciarum & media* pondo excedebat. Quæsivit igitur Rex, quo pretio æstimarem eam gemmam? Subrisi. Ipseque vicissim & quid sentirem rogando instituit. Respondi

ſimilem Balanitam nunquam meis oculis ſubjectam fuiſſe, nec usquam parem reperiri me certo credere; quod ſi prædicerem, Balanitesque loqui poſſet, interrogaretque, num ſimilem vidiſſem, cogeret, quod res eſt, fateri. Quare puto Gemmam hanc nullo auro, ſed maxima quadam urbe perſolvi poſſe. Tunc Rex me intuitus, in hæc verba *Cataini, Cataini*, prorupit; tres ſcilicet mundus oculos habet duos Cataini, unum Franci (Europæos intelligens) poſſident. Converſus ad adſtantes quæ interrogaverat, quodque à me reſponſum tuliſſet, ordine narravit. Hæc verba *Cataini*, *Cataini*, à quodam legato Imperatoris Tartarorum antea inaudiverat. Is è Cathaia (quæ Scythia eſt) Anno 1436. redierat iterque quòd Tanaim ducit, ſecutus, hoſpitio à me fuerat acceptus, ſperabam enim gemmam quandam ab eo pro præſtito officio accipere. Forte quadam die *de Cathaja* ſermo incidit, tum ille *duces ejus regionis & aulicos Francorum ſeu Europaeorum notitiam habere*, aſſeruit, quod qua ratione fieri poſſet, cum interrogarem, *Theodoſiam* ſæpius eos contendere, mercimoniaque exercere, viciſſim *noſtrates in Tartariam proficiſci*, unde mutua illa cognitio ori[illegible]tur, reſpondit. Addidit C[illegible] *duos* oculos, [illegible] mox conve[illegible]

forte adſtabant, ſubridens, vos verò *nullum habetis*, dixit. Hæc cum antea mihi nota eſſent, nunc quòd ſibi vellet. Regis proverbium, quo utebatur, rectius intelligere potui.

Idem p. 471. 10. ſequ.

Dein in hac ipſa *Zagathaj* regione, urbs alia maxima populoſiſſimaque reperitur, vocabulo *Sammarcabanth* qua omnes ii; qui *Cimo* & *Macimo* aut *Catajo* veniunt mercatores viatoresve tranſeunt. Mercatorum ibi & artificum copia. *Filius* quondam *Giardæ* parebat. *Cim* verò & *Macim*, quorum ſupra facta eſt mentio, provinciæ *duæ* ſunt maximæ: qui eaſdem incolunt, idoolatræ ſunt, & regio hæc ea eſt, in qua *catini & patinæ è Porcellana fiunt*. Immenſæ ibi negotiationes *gemmarum*, ex *ſerico* operum, idque genus aliarum rerum exercentur. *Illinc in provinciam Cataji diſceditur*: quâ de narrare tantum conſtitui, quantum ipſe ex *legati* cujusdam *Tartari* relatione percepi. Hunc igitur cum aliquando in urbe *Tanai* conveniſſem, & varii inter nos de provincia illæ ſermones agitarentur; inter [illegible] is retulit quod cum loca illa [illegible] diximus, tranſiret, [illegible] *regio-* [illegible] illud [illegible], *exſo-* [illegible] dum in ur- [illegible] vocabulo [illegible]ificentiſſime ex-

exceptus & habitus fuerit, atque *idem mercatoribus omnibus*, qui illac iter fecissent, *usu venisse*. Ductus deinde eò, ubi erat *Dominus*, est: & *ad portam* cum habitationis pervenisset, *in genua* extra procumbere jussus est. Locus erat is planus latus & longissimus: In medio hujus *pavimentum lapideum* erat, & super hoc Dominus in sella collocatus sedebat, & *humeros ad portam habebat* conversos: à latere quolibet *quatuor* illius sedebant *ministri*, itidem ad portam conversi: à porta autem eo usque quo quatuor illi sedebant, passim *clavarii* quidam stabant *bacillos argenteos* manu gestantes, qui in medio sui *callem* velut aliquam relinquebant: in media hac calle sparsim *Turcæ* aliquot *super calcaneos desidebant*, qualiter hic *apud nos* factitare *fœminæ solent*. Reductus à porta legatus demum est, jussusque quæ in mandatis habebat, explicare, quod cum esset exequutus, eadem hæc quæ explicuit, à singulis Turcarum, qui à latere sedebant, repetita fuere, demumque acceptus pro dignitate is est: mandatumque illi, ut in hospitium reverteretur, ibidemque [illegible]nis suæ responsum expecta[illegible]mobrem non illi amplius [illegible]um reverti necessum fu[illegible] Consiliariis saltem de re co[illegible]li, qui ad hospitium illius [illegible], qui quidem huc [illegible] illuc [illegible]ponsa ferendo, negotium *brevi dierum vel horarum spacio* expediverunt, ut contentus legatus discederet, & non minùs illi de prospera rei transactione lætarentur. Famulus quidam legati hujus, & alter ejusdem servus, qui ambo cum illo fuissent, res mihi dictu mirabiles de *justitia*, quam incolæ loci illius exercere soleant, referebant: inter quas unam, cum non levioris sit ponderis, quàm aliæ, adnotare huc placuit. Cum die quadam, inquit, in *Madian*, quod *arcam* apud eos significat, essem, fœminam quandam, quæ hydriam lactis *in capite portabat*, conspicatus sum: & ecce venit quidam, qui hydria sublata, lac illud bibere cœpit: tum hæc subito clamare, lamentari, plorare, quod vidua miserrima peculio ac mercibus suis spolietur. Nec mora: prehensus is fuit, qui injuriam fecisse mulierculæ videbatur: & *oblique in partes duas ense dissectus*, sic ut una vice sanguis & lac per viscera effunderentur: atque idem hoc legatus ipse deinde pro vero mihi narravit. Subjunxit & hoc: fœminam quandam, quæ in *mola gossipina* laborasset, *pannum extraxisse*, eundemque a tergo se penes posuisse: tum quendam, qui forte fortuna præteriit pannum illum abstulisse, unaque abivisse. Conversa autem fœmina, cum auferentem pannum conspicata est, clamare, lamentarique incipit: ac dein cum eun-

dem inquisitoribus monstravisset, subito hic ab illis prehensus est, eodemque *modo quo prior in partes obliquas dissectus*. Dicunt non in urbibus solùm, sed extra etiam in viis ubique circum, per quas viatores incedere solent, sæpenumero super saxum, aut in alio quopiam loco res plerasque inveniri, quæ invicè à viatoribus & amittantur ibi, & vicissim reperiantur: nullum tamen ex his reperiri eum, qui vel minimùm illarum quid tollere ac servare pro seipso ausit. Et quod magis est, si quis (cum duo simul in via sunt) alterum quo eat, interroget: & hic parum eidem vel fidat, vel suspectum ob idipsum habeat, ac proinde re cum eo rogaverat, expostulet, tum continuo justam & licitam rogationis suæ causam illi explicet, oportet, ni pœnæ & animadversioni temeritati statutæ subjicere se velit. Atque hinc constat, summam tum libertatis, tum justitiæ in regione ea rationem haberi. Mercatores omnes, qui ad id loci deveniunt, merces suas in forum sibi ad id destinatum deportant, ibidemque emendas exponunt. Tum hi, qui eo *veniunt emtionis gratia, si forte rem quampiam quæ Domino placet, reperiunt*, tantum ejusdem quantum libet sumunt, & contra aliud quidpiam quod ejusdem sit cum priori valoris ac pretii, mercatori dant. In minutis sumtibus faciendis *monetæ ex papyro* cusa utuntur, quæ quotannis varia forma imprimitur; *Vetus autem monetæ ad anni alterius initium in officinam moneta defertur* ubi illi, qui eam detulit, nova & recens moneta datur, cum prius duo pro centum persolverit *moneta bona & argentea*: Vetus autem moneta in ignem conjicitur. *Aurum & argentum ad pondus venditur*, ubi & ex hujus generis metallis certæ magnitudinis moneta sit. *Religionem Catainorum* istorum puto Ethnicam esse: quamvis plurimi Zagataini, aliarumque nationum homines, qui inde revertuntur, Christianos esse adfirment. Cum ex illis quæ sivissem, quomodo Christianos scirent esse, respondebant, ideo quod in *Moscheis illorum statuæ habeantur ad similitudinem earum*, quæ in nostris templis sunt. Factum aliquando, ut cum *in urbe Tanai* cum legato illo essem, forte fortuna inciderem in *Nicolaum Diedum senem Venetum nostrum*, qui interdum *veste ex panno* se induebat, ea *subserico superinducta* cum *manicis apertis* erat, prout tum Venetiis portare ejusmodi plerique consueverunt: caput autem tegebat *pileo, qui ex palea textus quatuor supra erat marginum*. Hunc mox atque vidit legatus vehementer admiratus, *hæc vestis*, inquit, *talis est, quales gestare solent Catini*: Ergo & illi in religione nobiscum consentiunt,

unt, cum habitu in vestimentis nostro utantur. *Vinum* in regione illa non nascitur, cum *frigida nimium* sit: Verum *fructuum* aliorum *copia* eadem abundat. Atque ea (*unà cum rebus aliis compluribus, quas praeterire hic sponte volui*) habui, quae ex legati Tartarorū relatione ejusdemq; familiarum facta mihi, de iis quae Catajorum regionem spectare videbantur, referrem, *ipse ego eo nunnunquam perveni.* Sed Taurin rursum revertur, quae &c.

N. pag. 33. a. pr. *Post verba* nec multo post Australis.

Pars scilicet Cathajae à Gingischane occupata est. Eamque fratri *Utacin* concessit. Dequô *Abulfargius* disertè: *Utacin*, inquit, *intrà terminos Chatajae substitit.* Reliquam Gingischani filius *Oktai* tentavit, aliamque insuper partem obtinuit. *Juchasin* p. 326. Continuabant bellum hoc Successores ejus *Gayu* & *Mangu*. Quorum posteriori Rex Chatzorum rebellabat. Exactis tandem annis LXXVIII. *Cubla* Cathajam totam ac Mangin expugnavit.

O. p. 33. b. fin. *post verba* luculentus error est.

Eandem Chatajam *septuaginta* amplius *diatis Samarcandâ* distare, *Schildbergerus* testis est, cap. 19. *Samarcanda* verò Maurenaharae urbs est, *Maurenahra* enim dicitur, quicquid terrarum ultrà fluvium est, qui *Ambibus* quidem * *Gibun*; Ptolemaeo verò *Oxus* dicitur. Arab.
Hinc & *Transoxianam* voco. Aliàs & *Albayatela* & *Tumn* dicitur. Ab *Austro*, ergò Oxum habet, ab *Occasu* Chorasmiam. Sed quousque Orientem ac Septentrionem versus protenderetur, ipse Abulfeda sibi incompertum esse fatebatur. *Clim. XXVI. pr.* Jamque *Schildbergerus* Chatajae distantiam à Samarcandâ incipit; *Ambsjades* à Maurenahrae limitibus. *Schildbergero Mirchondus* subvenit. Refert enim *Chatajam ab ortu Mogolum* esse; *Mogolum* verò regiones *septem vel octo mensium* itinere protendi. Arbitror tamen, ipsum de *circuitu* Mogolis loqui, & in *numero* mensium errasse. *Schildbergerus* enim minorem ponit, aitque cap. 30. Auch ist zu mercken/ daß die Tartaren drey Monat Tagreise weit ist/ ein breit eben Land.

P. p. 36. a. *Post verba* ab Europaeis superantur.

Nec immerito dixissent: se *duobus* cernere *oculis*; Latinos uno; reliquos nullo. *Haytho I. Nicol. Venet. p. 18. pr. Joseph. Barb. p. 465. Franc. Balduin. de Institut. Historiae universae.* Sed an Phrasis illa Sinis usitata sit, equidem nescio. Graeci verò sic loquuti sunt. Nempe διπλοῖς ὄμμασιν ὁρᾶν, Dicitur etiam: Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Q. 37. a. *Post verba* cum Chorasmiis non item.

Præterea Chatæi bella gessisse leguntur cum *Dou Tomim Chân*, *Gingischane*, *Oktai*, *Mungaca*, *Cublá*. Primi *Mirchondus* meminit. Fuitque multo tempore ante Gingischanem. Secundo bello *Gingischan* Altunchanum vicit, Urbemq; *Chanbalik* occupavit. *Mirk.* Quod tertio bellô ab *Oktai* factum esse, *Abul-Fargius* tradit. Idem refert, *Mungacam* Sinas intrâsse, cum Chatæorum Rex Mogolibus rebellâsset. Postremi belli Mirkondus iterum meminit.

R. p. 40. b. ante vocem EPOCHA.

CURRUS Bellici. Sopithis populum, cum Alexandro magno prælaturos, in triplicem curruum ordinem aciem suam disposuisse *Curtius* VIII. 14, 2. prodidit. Similia de *Sinarum carmgine Albacentius* habet p. m. 85. m. f. 86. m. 88. f. *Martinius* verò & ipse *Histor. Sin. V. p. 153.* de ætate *Hieni*, qui circa annum ante Christiane 368. adeoque circà *Alex.* Magni tempora imperitavit, sic habet: *His temporibus Sinæ belli maximè curibus utebantur. Erat tùm illustre nomen, cujusdam* Kiupeni, *viri manu strenui, militarisque disciplinæ, præsertim curulis admodum periti. Unus quingentis curribus dux præponi posse ferebatur.* Idemque p. 119. *Unchinius Uum armorum ac præcipuè currum usu minus peritum per idoneos homines militarem disciplinam ita docuit, ut in totum inde regnum didita, strenuos bello multos protulerit.*

S. 40. b, *ante voces* Infantum Censura.

IMPERII AMPLITUDO. Imperium verò Chatajorum amplissimum subinde fuit. Imperarunt enim aliquando *IGurais. AbulFarg.* Adeò, ut ad *Jaxartem* protensum fuisse videatur. Distincta tamen fuit Chataja à Chorasmiâ & Allgur. Etiam urbis *Belasgoun* Chanus Karakathajæ Regi Courchan se submisisse legitur. Post *Casgarum* & *Chotenam* occupavit, populosque *Pysibalig*, *Fargiz*, *Maurenahar*, *Fargane*, *Sinziar*, *Turquestaniæ*, *Chorasmiæ*. Sinarum quoque latissimum extrà Sinas imperium aliquando fuit. *Hiaonus* certè, domitis Tartaris, in *Indiâ*, & ad *Bengalam* usque penetravit. Anno etiam Domini 1420. Rex Kini *Malaccam* condidit, coloniis è *Iava* deductis. Vart. VI. 17.

T. p. 47. fin, *post verba* noverit Lector.

Chataica voces, quas & *Jguraas* Ignatius vocat, illæ ipsæ sunt quibus *duodecim horæ* designantur. v. pag. 43. Sed nulla earum animal aliquod significat veluti *Persica*, *Turcica*, *&c.* Ideoque Sinica eorundem animalium nomina adjicere placuit,

cuit. Attamē prius illud visum fuit non *Nasireddino* tantùm, quod Dn. Golius conjicit, & *Ulugbeigi*, sed & *Ahmedi Arabsjada*, qui disertè in hanc
Ar. sententiam scribit: * *Sunt iis dies, menses, anni. Omnis autem annus nuncupatur ab animali quodam. Atque ita putant quicquid annorum præteriit, adeò, ut neque plus neque minus illorum sit.*

U. p. 55. b.

Genuina verò *Zedoaria*, quam Avicenna hoc nomine designat, quamq; nonnulli *Napellum Mosis* vocant, *Chataicè* * MABERBIN dicitur, *authoribus Zeino 'l Attaro* & *Beitharide*, quos *D. Golius* in *Lexico Arab.* laudat. Quæ illa sit, non adeò inter autores convenit. *Zedvariam* & *Gjedvariam* eandem esse Avicenna docet, *libro II. tr. 2. c. 754.* ac affinitas literarum Z. & G. suadet. *Firuzabadius* Gjidvariam vocat, & Medicinæ genus esse addit. *ap. Gigg. Lex. Arab.* Autores, quos D. Golius nominat, Gjedvariam illud plantæ ge-
Ar. nus esse tradunt; quod * *Buba* & * *Bischbuba* dicitur. *Buba* autem *Anthitora* est, herba scil. Napelli vicina simul & inimica. *vid. Avicenn.* & *Plempius in Avicenn.* *Bisch*, napellus est
Ar. sive thora. Indè * *Bisch Musch*, quod est, *Mus, napelli* hospes quidem, sed & hostis, seu antipharmacum. Sed *Antithora* etiam *Bisch Buba* & *Bisch Musch Buba*, imò & *Bisch Musch* dicitur. Ex *Mure Napelli* autem *Napellus Moysis* (vox aliàs absurda) prodiit. Ceterum Avicenna Gjedvariam & *Buham* seu *Bis-mus-buham* non tantum distinguit *libr. IV. Fen. 6. tr. 1. Cap. 1.* Sed & iis, qui hæc nomina uni herbæ tribuunt, contradicit, in *de medic. cord. tr. 2. c. 3.* Ipse verò tradit: Gjedvariam quoque una cum Napellô nasci ejusque vires debilitare; theriacam item contrà omnia venena, viperæ etiā & napelli, esse; nec, quod *Mesuæ* visum erat, debiliorem
quam * *durunigi*; Herbam *Aristolo-* Ar.
chiæ similem esse, sed minorem. Hæc ille locis citatis. *Bellunensis* in interpretatione nominum Arabicorum Avicennæ: *Zeduar*, inquit, & *gjedvar sunt idem. Et est radix nigra ex India delata, quæ ab Ægyptiis & Syris exhibetur contrà venenum, & venditur magno pretio. Zedoaria ap. Arabes quosdam appellantur Cyperi Indi, quia nascitur in India & similatur Cypero.* Sic ille. Jamque *Sina* Plantis ac radicibus quibusdam adeò insignis est, ut inde nomen gerant proprium. Talia sunt *Cubabchini*, Cubeba; *Darseni*, Cinnamomum; *Cini Revend*, Rhabarbarum. De *Radice Sinarum Andreas Vesalius* peculiarem librum edidit, sed ita ut pultem vix attingeret. vid. *Amat. Lusit. curat. medic. 1. 90.* Sinæ *
Folin vocant. Nulla harum germana Sin.
illa Zeduaria est. Nec liquet, quo-

modo Sinæ eam appellent, sive domestica sit illis & propria, sive exotica. Id verò liquet, *Zedoariæ* nomen hoc Sinicum non esse. Quod vel *canina* docet *litera*. Interim suspicor, *Zedoariam* vel Maberbinam *Chataicè* vocatam esse eam Radicem, quæ *Ja-*
Sin. *ponicè* * Nisi, *Sinicè* * GINSENG dicitur, hoc est, ἀνθρωπόμορφος. Similia de illa scribuntur iis, quæ de *radicula* suâ *Busbequio* narrabat erro ille Turcicus. Crescit autem *Ginseng* in *Leaotung*, supremâ Sinæ borealis provinciâ. Sed illata à Tartaris ex *Tangu*. Athanasius Kircherus Gentianam esse vult; Sed nobiliorem. Si quid video, *Bellunensis* de Bisch buha loquitur. Eam enim Indicam radicem esse, ex adversariâ plantâ, Bisch dictâ, colligo. Ea enim Indica est, uti *Beitharides* ex *Isa bar Ali* docet. Avicenna verò de *Ginsenge* loquitur. Illius radix *nigra*; hujus *flava* videturque radicula, quam Busbequii Medicus Napelli esse conjecerat, *Gjedvaria* fuisse. Quæ enim de illa refert Busbequius, apprimè virtutibus Anthoræ respondent. Verum autem Napellum dixit, cum veram Anthitoram, hoc est Mosis napellum, ut vocant, dicere vellet. Aliàs *Napellus* invictum ferè est Toxicum. Sed *Anthora* ei efficacissimè resistit.

W. pag. 56. b. fin.

Ceterum ejusmodi *superbos titulos* ab aliis quoque usurpatos legimus. *Sapores* enim, Persarum Rex, in Epist. ad Constantinum Cæsarem, se SOLIS LUNÆQUE fratrem appellabat. Refert hoc *Ammianus Marcellinus XVII. Mexicanorum* Regibus titulus hic fuisse perhibetur: Rex Regum, ac Dominus terrarum, cœlorumq;. *Bisnagarensibus* iste: Sponsus bonæ fortis, magnarumque provinciarum DEUS &c. *vid. Jarricus II. 20. Tom. I. de rebus Indicis*, Etiam Tartaricos Chanos olim Dei Filios appellari voluisse, *Simonis de S. Quintino fide* Belluacensis scribit, XXXII. 34. Imò ita à *magnatib.* appellabatur, c. 46. Ita *diplomata* exordiebatur, cap. 52. Diplomata verò *literas Dei* vocabant cap. 50. 52. Nuperi tamen *Imperatoris Tartarico-Sinici* diplomati, quod XUNCHI Batavorum ex Indiâ Orientali Legatis dederat, nihil nisi Imperatoris Vocabulum *suprà* & Personæ nomen *infrà* scriptum legitur. Vid. Neuhof. P. I. p. 203. a. Est qui scribat, convenire, ut aliàs dissitarum gentium vocabula, ita *Turcicum Taisan* & *Sinicum Thiensu*. Taisan verò Turcicè Dei filium dici. *Horn. Orig. Am. p. 182. f.* Quod non videtur. TAISAN è Nicephoro Callisto desumtum est, *vid. ib. l. XXX. 18.* Puto ibi *Taisan* pro *Tiensu* scriptum esse. Alius adhuc error est *Alexandri de Rhodes*. Hic libri III. cap. 27. tradit, Annamitas ferè omnes domi suæ domesticos quosdam DEOS seu lares

lares habere, quos Thienſu vocent; Id verò vocabuli VETERES MAGISTROS ſignificare. Poſterius hoc falſum eſſe, facile dabit, qui cogitarit, Annamitas vocem *Thienſu* à Sinis accepiſſe, eamque *DEI Filios* ſignificare. Ita illi deaſtros ſuos vocabant.

X. pag. 62. b.

VII. *GINGISCHAN* & UTACIN, frater ejus. v. p. 111. a,

VIII. *CURCHAN*. Ita Chatæorum reges unus & alter dicti ſunt.

IX. *EMANUEL*. Hunc inter *Chataja Reges* Mendoza quidem numerat, qui & addit, ipſum circà annum Domini clɔ lɔ LXX. regnâſſe. Part. III. cap.12. Fides penes autorem eſto.

Y. pag. 66. b.

MORI. Moris Cathajam abundare, ex cap. 21. libri II. Hiſtoriarum Veneti conjicitur. Iis verò & China abundat. Martinius Hiſt. Sin. 25.39. 287.

Z. p. 71. a. f.

ARMENOS quoque Chatajam & Sinam diſtinguere *Franciſcus Rivola* indicat.

Aa. p. 71. b. f.

Quod & Sinicus Belli Tatarici poſtremi ſcriptor, quem *Joannes Neuhof.* Belgicè verſum Hiſtoriæ Legationis ſubtexuit, confirmat. Scribit enim Tamerlanem ſuperato muro Sinam occupaſſe, captivatisque Regibus Sinarum, Tſchampæ & Cauchinchinæ Sinam per octoginta annos ſub Tartarorum Occidentalium poteſtate fuiſſe, tandem verò & Tartaros inde ejectos eſſe à Sinis. Sed hæc ἀνιστορησία eſt, ac imprudens Hiſtoriæ Tamerlanicæ, quam Alhacentus condidiſſe ſcribitur, repetitio quædam.

FINIS.

INDEX RERUM,

Quarum in Libello de Chataja mentio facta est.

A.

Cha-

Gi-

Jons.

Loy-

Scio-

Tan-